v. 14. ἔλεγχος] de testibus et quaestionibus dicitur, unde hoc genus ad ἀτέχνους pertinere πίστεις plures censent, conf. loc. in Ern. lexic. Demosth. in Androt. §. 22 p. 600 πάμπολυ λοιδορία τε καὶ αἰτία κεχωρισμένον ἐστὶν ἐλέγχου. αἰτία μὲν γάρ ἐστιν ὅταν τις ψιλῷ χρησάμενος λόγῳ μὴ παράσχηται πίστιν ὧν λέγει, ἔλεγχος δὲ ὅταν ὧν ἂν εἴπῃ τις καὶ τἀληθὲς ὁμοῦ δείξῃ. ἔστι τοίνυν ἀνάγκη τοὺς ἐλέγχοντας ἢ τεκμήρια δεικνύναι δι᾽ ὧν ἐμφανιοῦσι τὸ πιστὸν ὑμῖν, ἢ τὰ εἰκότα φράζειν, ἢ μάρτυρας παρέχεσθαι· οὐ γὰρ οἷόν τ᾽ ἐνίων αὐτόπτας ὑμᾶς ἐστι καταστῆσαι, ἀλλ᾽ ἐάν τις ἐπιδεικνύῃ τι τούτων, ἱκανὸν νομίζετε ἔλεγχον ἔχειν ὑμεῖς εἰκότως τῆς ἀληθείας ἑκάστοτε. Sic Isocrat. τραπεζ. §. 12. 53 de servo conscio ἔλεγχον σαφέστατον. nam inprimis si accusatoris πρόκλησις, ut aut ex servo quaeratur, aut libertus testimonium dicat, ab adversario non accipitur, hoc vocabulo oratores utuntur, Antiphon VI, 24 seqq. ubi est ἔλεγχοι ἐκ τούτων σαφέστατοι καὶ πιστότατοι περὶ τοῦ δικαίου. Isaeus VIII, 10. Lycurg. in Leocr. §. 28—30. Demosth. in Euerg. et Mnes. §. 16 p. 1143. Noster πρόκλησιν addit cap. 12 σημείοις. Arist. Ethic. Eud. I, 3 οἱ γὰρ τῶν ἀμφισβητούντων ἔλεγχοι τῶν ἐναντιουμένων αὐτοῖς λόγων ἀποδείξεις εἰσίν, quod huic autori τεκμήριον est; Dionys. de Isaeo cap. 15 τεκμηρίοις καὶ σημείοις καὶ τοῖς ἐκ τῶν εἰκότων ἐλέγχοις ἅπασι χρῆται, qui abusus est hoc vocabulo.

v. 15. *λαμβάνεται δὲ ἐκ τῶν φύσει ἀναγκαίων*] locus corruptus. hoc dicit autor, aut natura aliquid *ἀναγκαῖον* est, aut ex nostra vel adversarii sententia, item aut natura aliquid *ἀδύνατον* est, aut id quod adversarius dicit, *ἀδύνατον* est, unde locum sic restituimus: *λαμβάνεται δὲ ἐκ τῶν φύσει ἀναγκαίων, ἢ ἀναγκαίων ὡς ἡμεῖς λέγομεν*, et fortasse etiam verba *ἢ ὁ ἀντιλέγων* autor non dedit, cum exemplum nullum sequatur; porro *καὶ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἀδυνάτων, ἢ ἀδυνάτων ὡς οἱ ἐναντίοι λέγουσιν.* atque his exempla conveniunt.

v. 19. *ὡς δ' ἡμεῖς λέγομέν ἐστιν ἀναγκαῖον, τοὺς μεμαστιγωμένους ὁμολογεῖν*] hoc est ex nostra sententia; nam adversarius fortasse contrarium necessarium esse dicit ut in hoc ipso exemplo Antiphon VI, 25 *τοὺς δούλους ἑτέραις ἀνάγκαις (ἀναγκάζειν) ὑφ' ὧν καὶ ἢν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι κατειπόντες, ὅμως ἀναγκάζονται τἀληθῆ λέγειν· ἡ γὰρ παροῦσα ἀνάγκη ἑκάστῳ ἰσχυροτέρα ἐστὶ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι.*

p. 37 v. 2. *ἀπεδημοῦμεν*] ita Mantitheus ap. Lysiam XVI, 3—7 se defendit *πρῶτον δὲ ἀποδείξω ὡς οὐχ ἵππευον οὔτ' ἐπεδήμουν ἐπὶ τῶν τριάκοντα οὐδὲ μετέσχον τῆς τότε πολιτείας*, idque cum confirmet, dicit §. 6 *ἐκεῖνος δ' ἐστὶν ἔλεγχος μέγιστος.*

CAPUT XIV.

v. 8. Repetit supra dicta et discrimen tradit, ex quo autorem a minore ad maius progredi apparet; sic posteriores in constitutione coniecturali, ut causam quam maxime confirmatam reddant, a probabili et collatione incipientes signa argumenta consecutionem, postremo approbationem referunt.

H. Sauppius epist. critic. pag. 149 locum lacuna esse corruptum vidit, apparere enim probabilia non eo differre

ab exemplis, quod probabilia auditores ipsi excogitare, exempla vero ex contrariis et similibus sumi possint; eo enim quod exempla sic comparata sint, differre cum argumentis (*τεκμηρίοις*). compluria igitur excidisse, ut locum fere sic scriptum fuisse coniicere possis: *διότι τοῦ μὲν εἰκότος ἔχουσιν αὐτοὶ οἱ ἀκούοντες ἔννοιαν, τὰ δὲ παραδείγματα [παρ' ἡμῶν εἰσφέρομεν. τὰ δὲ παραδείγματα διαφέρει τῶν τεκμηρίων, ὅτι τὰ μὲν παραδείγματα] καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων φέρειν ἔστιν· τὰ δὲ τεκμήρια.* Excidisse quaedam *ὁμοιοτελεύτῳ* ne dubites, grammatica quoque ratio id comprobat; vides enim in his omnibus discrimen ipsum indicatum, ut *ἐνθύμημα τεκμηρίου ταύτην τὴν διαφορὰν ἔσχηκεν*, deinde *γνῶμαι δ' ἐνθυμημάτων διαφέρουσιν*, tum *τὰ δὲ σημεῖα . . . ταύτῃ διαφέρουσιν*, denique *καὶ μὴν ἔλεγχος ταύτῃ διαφέρει.* certum est igitur concinnitatem orationis flagitare quale Sauppius addidit, sed inverso ordine, non enim scribendum *τὰ δὲ παραδείγματα διαφέρει τῶν τεκμηρίων*, sed *τὰ δὲ τεκμήρια διαφέρει τῶν παραδειγμάτων.* non ipsi auditores *τὸ εἰκὸς* excogitant, sed ab oratore dictum statim intelligunt neque exempla quibus illustretur requirunt, ut supra cap. 7 dixit *εἰκὸς μὲν οὖν ἐστιν οὗ λεγομένου παραδείγματα ἐν ταῖς διανοίαις ἔχουσιν οἱ ἀκούοντες.* tale quid excidisse puto *τὰ δὲ παραδείγματα ὅταν ἄπιστον ᾖ τὸ λεγόμενον φέρομεν.* id quoque ambigas, singularisne numerus *τὸ δὲ παράδειγμα* sit reddendus.

p. 38 v. 5. *ὥστε τὰς μὲν τῶν λόγων καὶ τῶν πράξεων πίστεις*] imo *τὰς μὲν ἐκ τῶν* vid. cap. 7.

v. 9. *ἡ μὲν οὖν δόξα τοῦ λέγοντος*] novum est argumentum ceteris rhetoribus ignotum; conferri potest quod Quintilianus III, 6, 35 de constitutionibus tradit: *idem dicit Apollodorus, cum quaestionem aut in rebus extra positis, quibus coniectura explicatur, aut in nostris opinionibus existimat*

positam, quorum illud πραγματικόν, hoc περὶ ἐννοίας vocat. sed aliud hic intelligit; ab alio hunc locum insertum esse cave credas, vid. cap. 32. plures *πίστεις ἐπιθέτους* ab adversario negatas affert Isaeus XI, 6 *νῦν δ' ἐφ' οἷς ἀπόκρισιν οὐ δέδωκεν, οὐ μάρτυρας παρέσχετο, οὐχ ὅρκον ὤμοσεν, οὐ νόμον ἀνέγνωκεν, οἴεται δεῖν ὑμᾶς, ὀμωμοκότας ψηφιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, αὐτῷ πειθομένους ἐμοῦ καταγνῶναι ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν παρὰ τοὺς νόμους· οὕτω σχέτλιος καὶ ἀναιδὴς ἄνθρωπός ἐστιν. ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ποιήσω τούτων οὐδέν.*

CAPUT XV.

v. 20. *μαρτυρία*] testimonium in utramque partem excussit et Arist. Rhet. I, 15, ex quibus alium esse nostrum autorem facile invenies. Aut. ad Herennium II, 9. Cicero Topic. 19. Partit. cap. 2. 14. 34. Quint. V, 7. Iul. Victor p. 227. Hermog. p. 18. Rhet. gr. IV pag. 325—36. incertus rhetor in Notices XIV, 204.

συνειδότος ἑκόντος] ita ex M restituimus, ut cap. proximo *ὁμολογία συνειδότος ἄκοντος δέ.* Demosth. in Aristocr. §. 63 *μαρτυρία συνειδότος.*

v. 26. *ὅταν δὲ ὑποπτεύηται ὁ μάρτυς*] Lycurgus eos qui in Leocratem testimonium dicturi erant, ne fidem frangant, adhortatur §. 20 *ἀκριβῶς ἐπίστασθε ὅτι χρημάτων ἕνεκα καὶ χάριτος πολλοὶ ἐπείσθησαν τῶν μαρτύρων ἢ ἀμνημονεῖν ἢ μὴ ἐλθεῖν ἢ ἑτέραν πρόφασιν εὑρεῖν.* in Theocrinem pag. 1324 §. 7.

p. 39 v. 2. *ὁ τοιοῦτος ἂν τὰ ψευδῆ μαρτυρήσειε*] Demosth. in Conon. p. 1267 §. 32. adv. Eubulid. §. 22 *ἀκηκόατε καὶ μαρτυρούντων καὶ διομνυμένων εἶναι συγγενῆ τὸν ἐμὸν πατέρα αὐτοῖς, ὧν οὐδεὶς δήπου παραστησάμενος τοὺς συνεισομένους αὐτῷ τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντι κατ' ἐξωλείας ἐπιορκεῖ.*

v. 7. *ἀντιλέγοντας δὲ μαρτυρίᾳ*] vide quae ad Arist. Rhet. I, 15 adnotavimus; si adversarius nullos habet testes, a testibus dicendum est, ut Lysias VII, 19—23. at si adversarius testes requirit, ut Timarchus ap. Aesch. §. 71 *ἀξιώσουσι δέ με μάρτυρας παρασχέσθαι διαῤῥήδην μαρτυροῦντας ὅπου ἔπραττεν, ὅπως ἐποίει, ἢ τίς εἶδεν, ἢ τίς ἦν ὁ τρόπος, πρᾶγμα οἶμαι ἀναιδὲς λέγοντες.* hos in causa turpi deesse atque veritatem *ἐκ τῶν εἰκότων* sine testimoniis inveniendam esse doceas, ut Aeschines ibi §. 90—91. Antiphon VI, 32 acute ipsius accusatoris, qui *πρόκλησιν* non accepit, utitur testimonio dicens *αὐτοὶ κατὰ σφῶν αὐτῶν μάρτυρες ἐγένοντο, ὅτι οὐδὲν δίκαιον οὐδ' ἀληθὲς ᾐτιῶντο.* In re hereditaria *τεκμηρίοις* maiorem fidem quam *μάρτυσι* praestandam esse Isaeus IV, 12 tradit: *ἐν μόναις δὲ ταῖς τῶν κλήρων εἰσαγωγαῖς δοκεῖ μοι προσήκειν τεκμηρίοις μᾶλλον ἢ μάρτυσι πιστεύειν. περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων συμβολαίων οὐ πάνυ χαλεπὸν τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας ἐλέγχειν· ζῶντος γὰρ καὶ παρόντος τοῦ πράξαντος καταμαρτυροῦσι· περὶ δὲ τῶν διαθηκῶν πῶς ἄν τις γνοίη τοὺς μὴ τἀληθῆ λέγοντας, εἰ μὴ πάνυ μεγάλα τὰ διαφέροντα εἴη, αὐτοῦ μὲν καθ' οὗ μαρτυροῦσι τεθνεῶτος, τῶν δὲ συγγενῶν μηδὲν τῶν πεπραγμένων εἰδότων, τοῦ δὲ ἐλέγχου μηδαμῶς ἀκριβῶς γινομένου;* Autor ad Herenn. l. c. *a testibus dicemus secundum autoritatem et vitam testium et constantiam testimoniorum, contra testes secundum vitae turpitudinem, testimoniorum inconstantiam, si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse, aut cupide dicere et argumentari; haec et ad improbationem et approbationem testium pertinebunt.* et §. 11 *plus oportere signis et argumentis credi quam testibus; haec enim eo modo exponi quo re vera sint gesta, testes corrumpi posse vel pretio vel gratia vel metu vel simultate.* incert. rhetor in Notices pag. 204 *ἀντιτάξομεν δὲ τοῖς μάρτυσι καὶ τὰ εἰκότα,*

λέγοντες, ὅτι ταῦτα μὲν οὐδέποτε ψεύδεται, ἄνθρωποι δὲ πολλοὶ ψευδομάρτυρες ἑαλώκασιν. Antiph. tetral. I. *β*, 7 et *γ*, 4. Contra testes ex vitae turpitudine Demosth. in Conon. p. 1266 §. 30—7 e quibus §. 34—5 exempli causa, pulchra enim utitur sermocinatione, addere licet: *ἀλλὰ νὴ Δία οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι. ἀλλ' ἴσασιν ὑμῶν ὡς ἐγὼ νομίζω πολλοὶ καὶ τὸν Διότιμον καὶ τὸν Ἀρχεβιάδην καὶ τὸν Χαιρέτιμον τὸν ἐπιπόλιον τουτονί, οἳ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι καὶ λακωνίζειν φασὶ καὶ τρίβωνας ἔχουσι καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται, ἐπειδὰν δὲ συλλεγῶσι καὶ μετ' ἀλλήλων γένωνται, κακῶν καὶ αἰσχρῶν οὐδὲν ἐλλείπουσι· καὶ ταῦτα τὰ λαμπρὰ καὶ νεανικά ἐστιν αὐτῶν· οὐ γὰρ ἡμεῖς μαρτυρήσομεν ἀλλήλοις; οὐ γὰρ ταῦθ' ἑταίρων ἐστὶ καὶ φίλων; τί δὲ καὶ δεινόν ἐστιν ὧν παρέξεται κατὰ σοῦ; τυπτόμενόν φασί τινες ὁρᾶν; ἡμεῖς δὲ μηδ' ἧφθαι τὸ παράπαν μαρτυρήσομεν. ἐκδεδύσθαι θοἰμάτιον; τοῦτ' ἐκείνους πρότερον πεποιηκέναι ἡμεῖς μαρτυρήσομεν. τὸ χεῖλος ἐρράφθαι; τὴν κεφαλὴν δέ γ' ἡμεῖς ἢ ἕτερόν τι κατεαγέναι φήσομεν.*

v. 9. *ἂν ἀπίθανον τυγχάνῃ*] id praetulimus ex CFM lectioni quam reliqui exhibent *ἂν ᾖ πιθανόν*, quod *πιθανὸν* testimonium confutare non minus inutile est, quam probum testem calumniari; nostrum vero cum verbis *ἂν ᾖ πονηρὸς* convenit. nam si is qui testimonium dedit haud bonus vir est, eius mores describens testimonium refellas; si vero testimonium ipsum habet quod accuses, id ne negligas. cap. 22 *ὃ ἂν ὑπάρχῃ βραχύτατον τῷ πράγματι.*

v. 12. *σκεπτέον δὲ καὶ εἰ φίλος ἐστὶν ὁ μάρτυς ᾧ μαρτυρεῖ*] Demosth. *πρὸς Ἄφοβον* §. 22 p. 851 *οἶδ' οὖν ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας ἢ κέρδεσι δι' ἀπορίαν ἐπαιρομένους ἢ δι' ἑταιρίαν ἢ καὶ δι' ἔχθραν τῶν ἀντιδίκων ἐθέλειν ἄν τι τοιοῦτον ποιῆσαι.*

τούτων τοίνυν οὐδὲ δι' ἓν ἂν εἶεν ἐμοὶ μεμαρτυρηκότες. quod in seqq. pluribus confirmat. *κατὰ Στεφάνου* §. 66—7 p. 1121.

v. 19. *κατὰ τοὺς νόμους κρινεῖν ὀμωμοκότας*] futurum vulgato *κρίνειν* et hic et cap. 18 substituimus, cap. 36 *ὀμόσαντες κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους τὴν ψῆφον οἴσειν.* vid. ad Demosth. pag. 493, 1. Isaeo quoque V, 31. 33 *ἐμμενεῖν* restitutum est, neque contra vulgarem usum oratorum exempla a Maetznero ad Dinarch. p. 140 allata aliquid probant.

v. 21. *ἔστι δὲ καὶ κλέπτειν τὴν μαρτυρίαν*] tale quid in orationibus quae supersunt frustra quaerimus, sed fortasse similem in causam dicta sunt Lysiae IV, 4 *καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα λέγω, Φιλῖνος καὶ Διοκλῆς ἴσασιν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μαρτυρῆσαι μὴ διομοσαμένοις περὶ τῆς αἰτίας ἣ ἐγὼ φεύγω, ἐπεὶ σαφῶς ἔγνωτ' ἂν ὅτι ἡμεῖς ἦμεν αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες καὶ ἡμῶν εἵνεκα ἐκαθέζετο.* conf. Dem. in Mid. §. 95.

Qui testibus rem confirmare non poterant, iudices ipsos eam cognitam habere neque testimonia desiderare fingebant. Demosth. adv. Boeotum §. 53 p. 1024 *ἀλλ' ὑμεῖς ὦ ἄ. δ. πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μὴ καταπλαγῆτε ὑπὸ τῆς κραυγῆς τῆς τούτου. πολὺς γάρ, πολὺς καὶ τολμηρός ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ οὕτω κακοῦργος ὥστε περὶ ὧν ἂν μὴ ἔχῃ μάρτυρας παρασχέσθαι, ταῦτα φήσει ὑμᾶς εἰδέναι, ὦ ἄ. δ., ὃ πάντες ποιοῦσιν οἱ μηδὲν ὑγιὲς λέγοντες.* et quae sequuntur. quod Aristoteles Rhet. III, 7 acute explicat.

CAPUT XVI.

p. 40 v. 6. *βάσανος*] vide quos supra de *μαρτυρίᾳ* nominavimus, nam iidem et quaestionem tractant. incert. rhetor in Notices XIV, 204 *πρὸς δὲ τὰς βασάνους ὥσπερ καὶ πρὸς τοὺς μάρτυρας ἀπαντήσομεν· προεξετάσομεν δὲ καὶ γένος τῶν βασανιζομένων καὶ τύχην καὶ ἡλικίαν, πρὸς*

δὲ τούτοις ὅτι πολλοὶ τῶν βασανιζομένων διὰ τὰς βασάνους τινῶν ψευδῆ κατεῖπον, καὶ εἰ μὲν μεγάλαι εἶεν αἱ βάσανοι, διὰ τὸ μέγεθος αὐτοὺς καταναγκασθῆναι ψεύσασθαι ῥητέον, εἰ δὲ σμικραί, διὰ τὴν σμικρότητα καταπεφρονηκέναι. haud raro adversarii *πρόκλησιν*, ut ex servis servabusve quaeratur, legimus, quae si non accipitur, inde argumentantur, v. c. in Neaeram §. 119—25.

v. 7. *ὅταν μὲν οὖν συμφέρῃ ἡμῖν ποιεῖν αὐτὴν ἰσχυράν*] Aut. ad Herenn. II §. 10 *a quaestionibus dicemus, quum demonstrabimus maiores veri inveniendi causa tormentis et cruciatibus voluisse quaeri, et summo dolore homines cogi, ut quidquid sciant dicant.* Isocrat. Trapez. §. 53—5 *ὁρῶ δὲ καὶ ὑμᾶς καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν δημοσίων οὐδὲν πιστότερον οὐδ' ἀληθέστερον βασάνου νομίζοντας, καὶ μάρτυρας μὲν ἡγουμένους οἷόν τ' εἶναι καὶ τῶν μὴ γεγενημένων παρασκευάσασθαι, τὰς δὲ βασάνους φανερῶς ἐπιδεικνύναι ὁπότεροι τἀληθῆ λέγουσιν.* similiter a quaestionibus contra testes Isaeus VIII, 9—13 ibiq. Schoem. p. 385. quae eadem Demosth. adv. Onet. §. 37 repetit *ὑμεῖς μὲν τοίνυν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βάσανον ἀκριβέστατον ἔλεγχον νομίζετε, καὶ ὁπόταν δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι παραγένωνται καὶ δέῃ εὑρεθῆναί τι τῶν ζητουμένων, οὐ χρῆσθε ταῖς τῶν ἐλευθέρων μαρτυρίαις, ἀλλὰ τοὺς δούλους βασανίζοντες, οὕτω ζητεῖτε εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων. εἰκότως, ὦ ἄνδρες· σύνιστε γὰρ ὅτι τῶν μαρτυρησάντων ἤδη τινὲς ἔδοξαν οὐ τἀληθῆ μαρτυρῆσαι, τῶν δὲ βασανισθέντων οὐδένες πώποτε ἐξηλέγχθησαν ὡς οὐκ ἀληθῆ ἐκ τῶν βασάνων εἰπόντες.* Lysias IV, 10—17. VII, 34—7. Lycurgus §. 29—30. Antiphon VI, 25 ubi has quaestiones servis esse dicit *ἀνάγκας ὑφ' ὧν καὶ ἢν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι κατειπόντες, ὅμως ἀναγκάζονται τἀληθῆ λέγειν· ἡ γὰρ παροῦσα ἀνάγκη ἑκάστῳ ἰσχυροτέρα ἐστὶ τῆς μελλούσης*

ἔσεσθαι. at idem orator contra quaestiones scripsit, vid. infra. egregia ex his locis argumentandi ratio inest laudatae Isaei orat. VIII, 28—9: *πόθεν χρὴ πιστεύεσθαι τὰ εἰρημένα; οὐκ ἐκ τῶν μαρτυριῶν;* [*μαρτύρων;*] *οἶμαί γε. πόθεν δὲ τοὺς μάρτυρας; οὐκ ἐκ τῶν βασάνων; εἰκός γε. πόθεν δ' ἀπιστεῖν τοῖς τούτων λόγοις; οὐκ ἐκ τοῦ φεύγειν τοὺς ἐλέγχους; ἀνάγκη μεγάλη. πῶς οὖν ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειε γνησίαν οὖσαν θυγατέρα Κίρωνος τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιδεικνύς; τῶν μὲν παλαιῶν ἀκοὴν μαρτυρούντων παρεχόμενος, τῶν δὲ ἔτι ζώντων τοὺς εἰδότας ἕκαστα τούτων,... ἔτι δὲ περὶ πάντων τούτους βάσανον ἐξ οἰκετῶν πεφευγότας, οἳ ταῦτα πάντα ᾔδεσαν. ἐγὼ δὲ μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους οὐκ ἂν ἔχοιμι πίστεις μείζους τούτων εἰπεῖν, ἀλλ' ἱκανὰς εἶναι νομίζω τὰς εἰρημένας.* eandem sententiam Isaeus paucis mutatis repetiit p. 163 Schoem.

v. 13. *ὅταν δὲ βούλῃ τὰς βασάνους ἀπίστους ποιεῖν*] autor ad Herenn. II §. 10 *contra quaestiones hoc modo dicemus, primum maiores voluisse certis in rebus interponi quaestiones, quum quae vere dicerentur sciri, quae falso in quaestione pronuntiarentur, refelli possent.... deinde dolori credi non oportere, quod alius alio recentior sit in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum, quod denique saepe scire aut suspicari possit, quid quaesitor velit audire; quod quum dixerit, intelligat sibi finem doloris futurum.* Egregium exemplum contra quaestiones dictum praebet Antiphon V, 31—4 unde quaedam exhibere licet: *προσέχετε δὲ τὸν νοῦν αὐτῇ τῇ βασάνῳ οἷα γεγένηται. ὁ μὲν γὰρ δοῦλος, ᾧ ἴσως οὗτοι τοῦτο μὲν ἐλευθερίαν ὑπέσχοντο, τοῦτο δ' ἐπὶ τούτοις ἦν παύσασθαι κακούμενον αὐτόν, ἴσως ὑπ' ἀμφοῖν πεισθεὶς κατεψεύσατό μου, τὴν μὲν ἐλευθερίαν ἐλπίσας οἴσεσθαι, τῆς δὲ βασάνου εἰς τὸ παραχρῆμα βουλόμενος ἀπηλλάχθαι. οἶμαι δ' ὑμᾶς ἐπίστασθαι*

τοῦτο, ὅτι ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς βασάνου, πρὸς τούτων εἰσὶν οἱ βασανιζόμενοι λέγειν ὅ τι ἂν ἐκείνοις μέλλωσι χαριεῖσθαι· ἐν τούτοις γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἡ ὠφέλεια, ἄλλως τε κἂν μὴ παρόντες τυγχάνωσιν ὧν ἂν καταψεύδωνται. et §. 40 καίτοι σκέψασθε ὅτι πρῶτον μὲν πρὶν ἐπὶ τὸν τροχὸν ἀναβῆναι, ὁ ἀνὴρ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης τῇ ἀληθείᾳ ἐχρῆτο καὶ ἀπέλυέ με τῆς αἰτίας· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τὸν τροχὸν ἀνέβη, τῇ ἀνάγκῃ χρώμενος ἤδη κατεψεύδετό μου, βουλόμενος ἀπηλλάχθαι τῆς βασάνου. Demosth. in Conon. p. 1265 §. 27—30.

v. 18. καὶ τῶν ἐλευθέρων πολλοὶ ἤδη βασανιζόμενοι] Andocid. I, 43 seqq. Maetzner ad Antiphont. p. 216.

CAPUT XVII.

p. 41 v. 3. ὅρκος] Aristot. Rhet. I, 15 qui alia plura et maiora de hac re praestat quemque rhetores ut Quintilianus sequuntur, vid. adnot. Arist. praeterea συνθήκας inserit, autor ad Herenn., qui iusiurandum omittit, rumores, alii ut Quintil. V, 3 seqq. praeiudicia.

v. 4. δεῖ δ' αὐτὸν ὅταν μὲν αὔξειν ἐθέλωμεν λέγειν οὕτως] eadem Lycurgus in Leocr. §. 79—80 καὶ μὴν ὦ ἄνδρες καὶ τοῦθ' ὑμᾶς δεῖ μαθεῖν ὅτι τὸ συνέχον τὴν δημοκρατίαν ὅρκος ἐστί... τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους πολλοὶ ἤδη ἐξαπατήσαντες καὶ διαλαθόντες οὐ μόνον τῶν παρόντων κινδύνων ἀπελύθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἀθῷοι τῶν ἀδικημάτων τούτων εἰσί· τοὺς δὲ θεοὺς οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰ μὴ αὐτός, οἱ παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει. Demosth. in Conon. p. 1269 §. 40—1.

v. 8. ὅταν δὲ οἱ ἐναντίοι καταφύγωσιν εἰς ὅρκον] Aristot. l. c. οὐ δίδωσι μὲν οὖν, ὅτι ῥᾳδίως ἐπιορκοῦσιν, καὶ

διότι ὁ μὲν ὀμόσας οὐκ ἀποδίδωσι, τοὺς δὲ μὴ ὀμόσαντος οἴεται καταδικάσειν. καὶ ὡς οὗτος ὁ κίνδυνος κρείττων ὁ ἐν τοῖς δικασταῖς· τοῖς μὲν γὰρ πιστεύει τῷ δ' οὔ.

Egregium huius rei exemplum in Dem. pag. 1203 §. 65—7 ubi Timotheum, at qualem virum! accusator *τραπεζίτης* hominem *ἐπίορκον* esse ideoque ei iusiurandum non detulisse dicit. Quum et propter viri dignitatem locus sit memorabilis neque melius invenias exemplum quo artis rationem perspicias, omnia quae ibi leguntur, reddenda sunt. *Βούλομαι τοίνυν ὑμῖν καὶ περὶ τῆς προκλήσεως τοῦ ὅρκου εἰπεῖν, ἣν ἐγώ τε τοῦτον προεκαλεσάμην καὶ οὗτος ἐμέ. ἐμβαλομένου γὰρ ἐμοῦ ὅρκον εἰς τὸν ἐχῖνον, ἠξίου καὶ αὐτὸς ὀμόσας ἀπηλλάχθαι. ἐγὼ δ' εἰ μὲν μὴ περιφανῶς αὐτὸν ᾔδειν πολλοὺς καὶ μεγάλους ὅρκους ἐπιωρκηκότα καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις, ἔδωκ' ἂν αὐτῷ τὸν ὅρκον· νῦν δέ μοι δοκεῖ, μαρτύρων μὲν ὄντων ἐμοὶ ὡς ἔλαβον τὸ ἀργύριον ἀπὸ τῆς τραπέζης οἷς οὗτος ἐκέλευσε δοῦναι, περιφανῶν δὲ τεκμηρίων, δεινὸν εἶναι τὸ ὅρκον δοῦναι τούτῳ, ὃς οὐχ ὅπως εὐορκήσει πρόνοιαν ποιήσεται, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἱερῶν αὐτῶν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτήματος ἀπέσχηται. τὰ μὲν οὖν καθ' ἕκαστα πόλλ' ἂν εἴη λέγειν ὧν ἐπιώρκηκεν οὗτος ῥᾳδίως· οὓς δὲ περιφανέστατα καὶ ὑμεῖς αὐτῷ πάντες σύνιστε ὅρκους ἐπιωρκηκότι, τούτους ἀναμνήσω ὑμᾶς. ἴστε γὰρ τοῦτον ἐν τῷ δήμῳ ὀμόσαντα καὶ ἐπαρασάμενον αὑτῷ ἐξώλειαν, εἰ μὴ γράψαιτο Ἰφικράτην ξενίας, καὶ καθιερώσαντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ. ὀμόσας δὲ ταῦτα καὶ ὑποσχόμενος ἐν τῷ δήμῳ, οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον ἕνεκα τοῦ συμφέροντος αὑτῷ ἔδωκε τῷ υἱεῖ τῷ ἐκείνου τὴν θυγατέρα. ὃς οὖν οὐθ' ὑμᾶς ᾐσχύνθη ἐξαπατῆσαι ὑποσχόμενος, νόμων ὄντων, ἐάν τις τὸν δῆμον ὑποσχόμενος ἐξαπατήσῃ, εἰσαγγελίαν εἶναι περὶ αὐτοῦ, οὔτε τοὺς θεοὺς ὀμόσας καὶ ἐπαρασά-*

μενος αὐτῷ ἔδεισεν, οὓς ἐπιώρκησε, πῶς οὐκ εἰκός ἐστιν ἐμὲ τούτῳ μὴ ἐθέλειν ὅρκον δοῦναι; οὔπω τοίνυν πολὺς χρόνος ἐστὶν ἐξ ὅτου ἐν τῷ δήμῳ πάλιν διωμόσατο μὴ εἶναι αὐτῷ ἐφόδια τῷ γήρᾳ ἱκανά, τοσαύτην οὐσίαν κεκτημένος· οὕτως ἄπληστος καὶ αἰσχροκερδὴς ὁ τρόπος αὐτοῦ ἐστιν. sed cave mensario isti fidem multam praestes. Demosth. in Cononem p. 1268 §. 38—9. adv. Calliclem p. 1281 §. 35 *ἕτοιμοι δ' ὀμνύναι τὸν νόμιμον ὅρκον· ταῦτα γὰρ ᾠόμεθα ἰσχυρότατα παρέχεσθαι τοῖς αὐτοῖς ὑμῖν ὀμωμοκόσιν.*

v. 13. *ὁμοιοτρόπως τοῖς προειρημένοις μετιόντες*] magis ex usu nostri esset: *οὕτω καὶ ὁμοιοτρόπως.* tamen etiam cap. 3 *τὰ τοιαῦτα δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως μετιών.*

v. 16. *ὑπεθέμεθα*] *ὑπερεθέμεθα* defendit Casaub. ad Theophrast. prooem. p. 99. quod Sylburgius coniecit *δεδηλώκαμεν* quin verum sit, non dubitandum, cap. 36 *καθάπερ ἐν ἀρχαῖς δεδηλώκαμεν.*

v. 20. *ἃ τῶν τριῶν εἰδῶν ἐστι*] haec corrupta sunt; non enim tres sed septem sunt species, *ἑπτὰ εἴδη*, neque genera intelliguntur, duo enim *γένη* probat autor, ut initio vidimus. Tria sunt quae docuit, vid. cap. 6: *τὰ τελικὰ κεφάλαια* quorum usus inprimis in deliberativo genere est, tum *αὔξησιν καὶ ταπείνωσιν* quae in demonstrativo frequentantur, denique *τὰς πίστεις* quibus iudiciale genus carere non potest; quae vero nunc sequuntur cap. 18—28, non uni alterive generi vel speciei propria, reliquis vero minus utilia, sed omnibus communia et necessaria sunt; id ipse initio et fine expositionis more suo autor tradit: cap. 7 *πρὸς δὲ τούτοις προκαταλήψεις καὶ αἰτήματα καὶ παλιλλογίαι καὶ μῆκος λόγου καὶ μετριότης μήκους καὶ βραχυλογία καὶ ἑρμηνεία· ταῦτα γὰρ καὶ τούτοις ὅμοια κοινὰς ἔχει πᾶσι τοῖς εἴδεσι τὰς χρήσεις.* cap. 28 *ὁμοιοτρόπως δὲ τούτοις τάς*

τε προκαταλήψεις καὶ τὰ παρὰ τῶν ἀκουόντων αἰτήματα ... *ὥστε τὰς κοινὰς δυνάμεις ἁπάντων τῶν εἰδῶν καὶ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς χρήσεις αὐτῶν ἐκ τῶν προειρημένων εἰδότες.* cap. 36 *τὰς δὲ κοινὰς πᾶσι τοῖς εἴδεσι.* Quare sensus *ἃ πάντων τῶν εἰδῶν ἐστι* flagitat, vel quod idem est *τῶν ἑπτὰ εἰδῶν*, ut cap. 28 *προοίμια μὲν οὖν προτάττω· κοινὸν δ' ἐστὶ τῶν ἑπτὰ εἰδῶν καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς πράγμασι ἁρμόσει λεγόμενον.*

CAPUT XVIII.

v. 22. *προκατάληψις*] vid. Ernesti s. v. aliis *πρόληψις* dicitur, Ciceroni de orat. III, 52 *anteoccupatio.* tota confutatio *ἀνασκευὴ* eius qui accusat ex his *προκαταλήψεσι* constat; at haec ad adversarium refellendum pertinent, noster vero autor etiam auditores, qui si benevoli non audiant mulcendi sunt, adiungit. huc referas sententiarum exornationem, *licentiam*, ap. aut. ad Herenn. IV, 48 et *subiectionem* ibidem §. 33.

v. 25. *καὶ τὰς μὲν τῶν ἀκουόντων ἐπιτιμήσεις ὧδε χρὴ προκαταλαμβάνειν*] primum de genere deliberativo praecepta et exempla, deinde de iudiciali exponuntur, ut, nisi hic exciderunt verba *ἐν ταῖς δημηγορίαις*, ea ex re et oppositione intelligi debeant; ceterum duo tantum illa genera commemorari, tertium ignorari hoc quoque loco monendum esse videtur.

Exemplum sumptum ex Isocratis Archidamo: *ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς πόλεως νομίμοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν, τοσαύτην πεποίημαι τὴν μεταβολὴν ὥστε περὶ ὧν ὀκνοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὢν παρελήλυθα συμβουλεύσων. ἐγὼ δ' εἰ μέν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκώς, πολλὴν ἂν ἡσυχίαν ἦγον· νῦν δ' ὁρῶν τοὺς μὲν συναγορεύον-*

τας οἷς οἱ πολέμιοι προστάττουσι, τοὺς δ' οὐκ ἐῤῥωμένως ἐναντιουμένους, τοὺς δὲ παντάπασιν ἀποσεσιωπηκότας, ἀνέστην ἀποφανούμενος ἃ γινώσκω περὶ τούτων, αἰσχρὸν νομίσας, εἰ τὴν ἰδίαν τοῦ βίου τάξιν διαφυλάττων περιόψομαι τὴν πόλιν ἀνάξια ψηφισαμένην ἑαυτῆς. Demosth. Philipp. I. exord. 4.

p. 42 v. 2. *μηδεὶς ἀπαντήσῃ μοι δύσκολος*] haud scio an adverbii forma *δυσκόλως* praestet.

v. 10. *ἂν δὲ μηδὲν ἧττον θορυβῶσιν οἱ ἀκούοντες*] ita fingit Isocrates orationem suam de pace §. 1—11 ex qua seqq. sumpta esse videntur. §. 9 *ὧν ὑμεῖς οὐδέτερον τυγχάνετε ποιοῦντες, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ταραχωδέστατα διάκεισθε. συνεληλύθατε μὲν γὰρ ὡς δέον ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τῶν ῥηθέντων ἐκλέξασθαι τὸ βέλτιστον, ὥσπερ δ' ἤδη σαφῶς εἰδότες ὃ πρακτέον ἐστὶν, οὐκ ἐθέλετ' ἀκούειν πλὴν τῶν πρὸς ἡδονὴν δημηγορούντων.* Demosth. exord. 10 *εἰ μὲν ἐγνώκατ' ὦ ἄ. Ἀ. τί βέλτιστον ὂν τυγχάνει πρᾶξαι περὶ τῶν παρόντων, ἁμάρτημα τὸ συμβουλεύειν προτιθέναι· ἃ γὰρ αὐτοὶ πρὶν ἀκοῦσαι δοκιμάζετε συμφέρειν, τί δεῖ ταῦτα ἀκούοντας μάτην ἐνοχλεῖσθαι; εἰ δὲ σκοπεῖτε καὶ βουλεύεσθε ὡς ἐκ τῶν ῥηθησομένων δοκιμάσαι δέον, οὐκ ὀρθῶς ἔχει τὸ κωλύειν τοὺς βουλομένους λέγειν κτλ.* item 47 ubi hoc quoque argumentum additur *χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ καλὴν ὑποψίαν ἔχει ἥκειν μὲν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὡς ἐκ τῶν ῥηθησομένων τὸ κράτιστον ἑλέσθαι δέον, φανῆναι δὲ πρὶν ἐκ τῶν λόγων δοκιμάσαι, παρ' ὑμῖν αὐτοῖς τι πεπεισμένους, καὶ τοῦθ' οὕτως ἰσχυρὸν ὥστε μηδ' ἐθέλειν παρὰ ταῦτ' ἀκούειν.* conf. 56.

v. 23. *δύο λόγους*] Maetzner ad Antiph. p. 148.

p. 43 v. 1 *θῆσθε*] ita libri, vulgata *θήσεσθε*, at noster autor particulae *ὅπως* fere semper coniunctivum addit, unde illud recepimus.

v. 4. *καὶ ἄλλως*] nunquam ita noster, plerumque *καὶ*

πάλιν vel simpliciter *καὶ* dicit, et parum refert simile esse exemplum et eandem fere sententiam. nolim tamen delere aut *ἀλλὰ πῶς* reponere.

v. 5. *τῶν ψήφων ἴσων γινομένων τὸν φεύγοντα νικᾷν*] vid. Maetzner ad Antiph. p. 224.

v. 22. *δεῖ δὲ καὶ δεῖσθαι τῶν κρινόντων εὐμενῶς αὐτοὺς ἀκοῦσαι τοῦ λόγου καὶ ... ἤδη τὴν διάνοιαν φανερὰν τίθεσθαι*] plerumque in exordio benevolos sibi reddere studet auditores orator, ut Demosthenes pro Ctesiphonte, alii. ad posterius genus facile quis referat exemplum Andocidis, qui iudices, ut ipse libentius se defendat, ad plaudendum invitat, de mysteriis §. 33 *εἰ οὖν ὑμῖν δοκῶ ἱκανῶς περὶ τούτων ἀπολελογῆσθαι, δηλώσατέ μοι, ἵνα προθυμότερον περὶ τῶν ἄλλων ἀπολογῶμαι.* at alienum est hoc exemplum alioquin satis memoratu dignum; autor enim haec dicta fingit, ut concionem adversantem aperteque iam sententiam pronuntiantem orator mitiget. locus corruptus est eumque sanavit Victorius, qui verbis *τὴν διάνοιαν φανερὰν τίθεσθαι* adscripsit: *Deest negatio.* hanc igitur nos post *καὶ*, ut linguae ingenium postulavit, inseruimus. Demosth. p. 142 §. 44 *ἑτέραν δὲ τὴν κρύβδην ψῆφον τοῦ φανερῶς θορύβου.*

Praeterea *κρειττόνων* corruptum et in *κριτῶν* aut quod idem est *κρινόντων* mutandum esse dudum perspeximus; nunc ex Philelphi codice affertur *γρ. κρινόντων*, quam non ex vetustiore libro haustam varietatem, sed ipsius Philelphi ingenio excogitatam emendationem esse puto.

p. 44 v. 8. *τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν ἐπίδοξα λέγεσθαι πάλιν ὡς δεῖ προκαταλαμβάνειν, ὑποδείξω*] Demosth. in Midiam §. 24 ea, quae adversarium ad sese defendendum prolaturum esse putat, refutans haec praemittit: *βούλομαι δὲ πρὸ τούτων εἰπεῖν, οἷς ἐπιχειρήσειν αὐτὸν ἀκήκοα ἐξαπατᾷν ὑμᾶς· τοὺς γὰρ ὑπὲρ τούτων λόγους ἐμοὶ μὲν ἀναγκαιοτάτους προειπεῖν ἡγοῦμαι, ὑμῖν δὲ*

χρησιμωτάτους ἀκοῦσαι. διὰ τί; ὅτι τοῦ δικαίαν καὶ εὔορκον θέσθαι τὴν ψῆφον ὁ κωλύσας ἐξαπατηθῆναι λόγος ὑμᾶς, οὗτος αἴτιος ἔσται. πολὺ δὴ μάλιστα πάντων τούτῳ τῷ λόγῳ προσέχειν ὑμᾶς δεῖ καὶ μνημονεῦσαι τοῦτον καὶ πρὸς ἕκαστον ἀπαντᾶν, ὅταν οὗτος λέγῃ. iam sequuntur plures *προκαταλήψεις*. de falsa legat. §. 201 p. 404 de Aeschine *οὐδ' ἕξει δικαίαν οὐδ' ἁπλῆν εἰπεῖν ἀπολογίαν οὐδεμίαν. ἃ δ' ἐγὼ πέπυσμαι μέλλειν αὐτὸν λέγειν, ἐστὶ μὲν ἐγγυτάτω μανίας, οὐ μὴν ἀλλ' ἴσως τῷ μηδὲν ἔχοντι δίκαιον ἄλλ' εἰπεῖν ἀνάγκη ταῦτα μηχανᾶσθαι.*

v. 10. *ἴσως οὖν ὀδυρεῖται αὐτοῦ πενίαν*] quod rei faciebant, Arist. Vesp. v. 584.

v. 12. *πυνθάνομαι αὐτὸν τὸ καὶ τὸ μέλλειν λέγειν*] cap. 35 *ὑπὸ τούτου...τὸ καὶ τὸ γέγονεν ἔνδοξον.* Lysias XIX, 59 *καί μοι κάλει τὸν καὶ τόν.* I, 23. Demosth. exord. 50 *ὅπως μὴ τὰ ἢ τὰ γενήσεται ἀλλ' ὅπως τά.* in Midiam §. 141. p. 1265 §. 26. p. 308 §. 242.

v. 15. *καὶ γὰρ κἂν πάνυ ἰσχυρὰ ᾖ τὰ προδιαβεβλημένα*] etiamsi gravissima sunt, quae adversarius, qui causam dicit, proferat, tamen quod nos accusantes ea iam indicavimus et pro virili confutavimus, auditoribus non eandem vim habere videntur. ergo non *προδιαβεβλημένα* sed *διαβεβλημένα* scribendum; auditores enim ea nondum cognovisse, sed a nobis primis doceri verba *τοῖς ἤδη προακηκοόσιν* ostendunt.

v. 16. *ἐὰν δὲ τοὺς ὑστέρους λόγους ἔχωμεν*] huius rei exempla in Demosthenis oratione pro Ctesiphonte exspectamus; omnia enim Aeschines iam occupaverat; at nil ibi invenies, unde accusatorem post Demosthenis perorationem illas plurimas *προκαταλήψεις* addidisse aut elaborasse putant; in universum dicta sunt §. 10—11 neque has anteoccupationes attingunt. conf. tamen §. 276 *δεινὸν καὶ γόητα*

καὶ σοφιστὴν καὶ τὰ τοιαῦτ' ὀνομάζων, ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ καὶ οὕτως ἔχοντα καὶ οὐκέτι τοὺς ἀκούοντας σκεψομένους τίς ποτ' αὐτός ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων.

p. 45 v. 3. *Εὐριπίδης ἐν Φιλοκτήτῃ*] Fragm. pag. 287 Matth. conf. Pflugk. Schulzeitung 1831 pag. 26. Welcker gr. Tragoedien pag. 520. non Ulyxes est qui loquitur, sed potius contra Ulyxem, qui callide illa *προκαταλήψει* usus erat, haec dicta videntur sive ab ipso Philocteta sive ab alio. *ὑποστὰς αὐτὸς* id est *ὑποδύς*, meas partes agens: queritur enim suas sententias ab alio esse corruptas, quare ipsum nunc esse dicturum. unde Casauboni coniecturam *ὑπεκστὰς* sensum pervertere apparet. Vix sana sunt *κἂν μου ... δοκῇ* etsi, quamquam videtur. Pflugkius aposiopesin esse apodoseos dicit: poenas det vel simile quid; quod fieri nequit. exspectamus: ego dicam, quandoquidem hic iniuste mecum egit. fortasse *κἀμοῦ ... δοκεῖ.*

v. 7. *τἀμὰ μαθήσῃ*] sic omnes, nisi quod M *τα μαμαθήσῃ*. Pflugk. l. c. *ἐπιστήσει*. cum neque *μεμαθήσῃ* sit usitatum, et *τἄμ' ἄμ' αἰσθήσῃ* male sonet, melius non video quam quod amicus L. Kayser coniecit *ἐπαισθήσῃ*.

v. 8. *ἐμφανιεῖ σοι*] quod Pflugk. coniecit *ἐμφανιζέτω*, nos quoque invenimus. Iphig. Aul. v. 815 eadem sententia

τοὐμὸν μὲν οὖν δίκαιον ἐμὲ λέγειν χρεών,
ἄλλος δ' ὁ χρῄζων αὐτὸς ὑπὲρ αὐτοῦ φράσει.

v. 9. *πρὸς τοὺς κριτὰς*] auditores, quo sensu hoc vocabulo Arist. I, 3 utitur. noster vero autor hunc usum ignorat, itaque malim *ἀκροατάς*, ut ipse dixit *ἀκούοντας* et *ταῖς μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἀκροατὰς προκαταλήψεσιν ὡς δεῖ χρῆσθαι*, quod nunc repetit.

CAPUT XIX.

v. 11. *αἰτήματα*] Antiphon V, 4—7 *ἐγὼ οὖν ὦ ἄνδρες αἰτήσομαι ὑμᾶς, οὐχ ἅπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀγωνιζομένων ἀκροᾶσθαι σφῶν αὐτῶν αἰτοῦνται, σφίσι μὲν αὐτοῖς ἀπιστοῦντες, ὑμῶν δὲ προκατεγνωκότες ἄδικόν τι· εἰκὸς γὰρ ἐν ἀνδράσι γε ἀγαθοῖς καὶ ἄνευ τῆς αἰτήσεως τὴν ἀκρόασιν ὑπάρχειν τοῖς φεύγουσιν, οὗπερ καὶ οἱ διώκοντες ἔτυχον ἄνευ αἰτήσεως· τάδε δὲ δέομαι ὑμῶν, συγγνώμην ἔχειν μοι τοῦτο μὲν ἐάν τι τῇ γλώσσῃ ἁμάρτω, καὶ ἡγεῖσθαι ἀπειρίᾳ μᾶλλον αὐτὸ ἢ ἀδικίᾳ ἡμαρτῆσθαι, τοῦτο δὲ ἐάν τι ὀρθῶς εἴπω, ἀληθείᾳ μᾶλλον ἢ δεινότητι εἰρῆσθαι... ἡ μὲν οὖν αἴτησις ὦ ἄνδρες καὶ νομίμως καὶ ὁσίως ἔχουσα καὶ ἐν τῷ ὑμετέρῳ δικαίῳ οὐχ ἧσσον ἢ ἐν τῷ ἐμῷ.* Andocides II, 22—24 *νῦν δὲ ὦ Ἀ. εἴ μοι βουληθείητε δοῦναι χάριν μικράν τε καὶ ἄπονον ὑμῖν καὶ ἅμα δικαίαν, πάνυ ἄν μοι τοῦτο ἐν μεγάλῃ ἡδονῇ γένοιτο· ὡς δὲ καὶ δικαία ἐστίν, εἴσεσθε. ἃ γάρ μοι αὐτοὶ γνόντες τε καὶ ὑποσχόμενοι ἔδοτε, ὕστερον δὲ ἑτέροις πειθόμενοι ἀφείλεσθε, ταῦθ' ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ, εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ κτλ.* Lysias XXXII, 3. XXV, 4. Isocrat. Antid. 32 *ἀξιῶ δ' ὑμᾶς τοῖς μὲν λόγοις οἷς πρότερον ἀκηκόατε περί μου τῶν βλασφημεῖν καὶ διαβάλλειν βουλομένων μὴ προσέχειν τὸν νοῦν, μηδὲ πιστεύειν τοῖς μήτε μετ' ἐλέγχου μήτε μετὰ κρίσεως εἰρημένοις, μηδὲ ταῖς δόξαις χρῆσθαι ταῖς ἀδίκως ὑπ' ἐκείνων ὑμῖν ἐγγεγενημέναις, ἀλλ' ὁποῖός τις ἂν ἐκ τῆς κατηγορίας τῆς νῦν καὶ τῆς ἀπολογίας φαίνωμαι, τοιοῦτον εἶναί με νομίζειν· οὕτω γὰρ γιγνώσκοντες αὐτοί τε δόξετε καλῶς κρίνειν καὶ νομίμως ἐγώ τε τεύξομαι πάντων τῶν δικαίων.* Demosth. in Aristocr. 19—21 p. 626. Philipp. I, 13 pag. 44. Aeschines in Ctesiph. §. 201 seqq. quod *ἄδικον* esse dicit Dem. *αἴτημα* initio pro Ctesiph. Demosth. p. 1207 §. 2—3. Causam rogationis addit

κατὰ Μειδίου §. 5—8 *εἰ μὲν οὖν ὦ ἄ. Ἀ. παρανόμων ἢ παραπρεσβείας ἤ τινος ἄλλης αἰτίας ἤμελλον αὐτοῦ κατηγορεῖν, οὐδὲν ἂν ὑμῶν ἠξίουν δεῖσθαι, νομίζων τῷ μὲν κατηγόρῳ περὶ τῶν τοιούτων προσήκειν ἐλέγχειν μόνον, τῷ δὲ φεύγοντι καὶ παραιτεῖσθαι. ἐπειδὴ δὲ τούς τε κριτὰς διαφθείραντος τούτου καὶ διὰ τοῦτο τῆς φυλῆς ἀδίκως ἀφαιρεθείσης τὸν τρίποδα... ταύτην εἰσέρχομαι, οὐκ ὀκνήσω καὶ δεῖσθαι... δέομαι οὖν ὑμῶν ἁπάντων ὦ ἄ. δ. καὶ ἱκετεύω πρῶτον μὲν εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου λέγοντος, ἔπειτ' ἐὰν ἐπιδείξω Μειδίαν τουτονὶ μὴ μόνον εἰς ἐμὲ ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς καὶ εἰς τοὺς νόμους καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑβρικότα, βοηθῆσαι καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς.* in Aphobum §. 3 *δέομαι δ' ὑμῶν ὦ ἄ. δ. μετ' εὐνοίας τ' ἐμοῦ ἀκοῦσαι, κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια.* item *πρὸς Ἄφοβον* §. 4 p. 846 *δέομαι δ' ὑμῶν ὦ ἄ. δ. δικαίαν δέησιν ἐξ ἴσου ἡμῶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι· τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν ὁμοίως· ὅσῳ γὰρ ἂν ἀκριβέστερον τὰ πεπραγμένα μάθητε, τοσούτῳ δικαιοτέραν καὶ εὐορκοτέραν θήσεσθε τὴν ψῆφον περὶ αὐτῶν.* adv. Pantaenet. p. 968 §. 3. 985. 1009. 1051. 1055. 1101. Aeschines pro Ctesiph. §. 61 *ἐὰν ταῦθ' ὑμῖν σαφῶς ἐπιδείξω, δεήσομαι ὑμῶν μετρίαν δέησιν· ἐπινεύσατέ μοι πρὸς θεῶν τὸν πρῶτον τῶν τεττάρων μὴ καλῶς αὐτὸν πεπολιτεῦσθαι.*

Non *παρὰ τοὺς νόμους* quidem est, leges enim nihil de hac re definisse videntur, sed nihilo minus *ἄδικον* Demosthenis *αἴτημα* pro Ctesiph. §. 2 *μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ — σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε — ἀλλὰ τοὺς νόμους καὶ τὸν ὅρκον, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροάσεσθαι, τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ*

τὸ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι. quae non egregia, ut Dissenus putat, verborum est explicatio, sed sophistica et aperte falsa interpretatio, quam frustra confirmare studebis. Neque oratores quidquam aliud quam ut eadem, quae adversario, ipsis concedatur benevolentia, ab auditoribus petunt.

CAPUT XX.

v. 24. *παλιλλογία*] vocabulum Aristoteli ignotum; diversa ab hac est quam posteriores dicunt *παλιλλογίαν*, haec enim illis exornatio est quae et *ἐπανάληψις* et *ἀναδίπλωσις*. Aliis est *ἀνακεφαλαίωσις*, *ἐπάνοδος*, autori ad Herenn. IV cap. 40 *frequentatio*.

δεῖ δ' αὐτῇ χρῆσθαι καὶ περὶ τῶν μερῶν καὶ περὶ τῶν ὅλων λόγων τὰς τελευτάς] eadem verba fine cap. 21 repetuntur. haereas in praepositione *περὶ*, coniicias enim *παρὰ* ut cap. 6 *ταπεινώσεις χρησίμους ἀναγκαῖον εἶναι παρὰ τὰ λοιπὰ πάντα.* cap. 17 *καὶ παρὰ πάντας τοὺς λόγους χρήσιμα γίνεται*, ubi meliores *περὶ*. cap. 36 *χρήσιμος δέ ἐστι παρὰ πάντας τοὺς καιρούς, ὥστε καὶ παρὰ μέρος καὶ παρὰ εἶδος τῇ παλιλλογίᾳ χρηστέον.* cap. 35 *πολλοῖς ὀνόμασι περὶ ἕκαστον χρησάμενον.* cap. 6 *ἀναγκαῖον πρὸς πάντα τὰ μέρη τῶν λόγων χρῆσθαι*, idem cap. 37 *μάλιστα πρὸς τὰς ἀντιλογίας χρήσιμόν ἐστιν*, utrumque recte. sed cap. 36 *ἢ περὶ τὰ μέρη πιστὰς καὶ δικαίας ἀποφανοῦμεν* ex CFM *παρὰ* restituimus, et ibidem *μάλιστα δ' ἁρμόττει πρὸς τὰς κατηγορίας καὶ τὰς ἀπολογίας, ἔτι δὲ παρὰ τὰς προτροπὰς καὶ ἀποτροπάς.* cap. 32 *δεῖ δὲ καὶ περὶ τὰ μέρη τῶν εἰκότων . . . γνωμολογικὰς τὰς τελευτὰς ποιεῖσθαι.* cap. 22 *χρὴ δὲ παρὰ μέρος ἕκαστον τοῦ λόγου παλιλλογεῖν.*

p. 46 v. 1. *ἢ προαιρούμενοι*] om. sex libri, e quibus

DV in fine inserunt *ἢ ἐκ προαιρέσεως*, ut in expositione legimus; adnotandum *προσερωτῶντες* quod infra *ἐξ ἐπερωτήσεως* est, quamvis in hac re et *ἐπερωτᾶν* et *προσερωτᾶν* dici Aristotelis locus III, 18 doceat; neque verum ordinem observatum esse expositio probat, unde *ἢ διαλογιζόμενοι ἢ ἀπολογιζόμενοι ἢ προαιρούμενοι ἢ προσερωτῶντες* reddendum erit, aut quod equidem praeferam *ἢ ἐκ προαιρέσεως ἢ ἐξ ἐπερωτήσεως*. at ne sic quidem oratio integra est; nam ironiae locus quintus *παλιλλογίας* assignandus est, ut cap. 21 postrema ostendunt verba, ubi ipsa *παλιλλογίᾳ* usus autor initio dicta repetit, et prae ceteris cap. 33 *ταῦτα δὲ διελθόντες ἐπὶ τελευτῇ παλιλλογήσομεν τὰ προειρημένα σχῆμα διαλογισμοῦ λαβόντες ἢ ἀπολογισμοῦ ἢ προαιρέσεως ἢ ἐξ ἐπερωτήσεως ἢ εἰρωνείας*. Nullum igitur dubium esse videtur, nostro loco verba *ἢ εἰρωνευόμενοι* vel *ἢ ἐξ εἰρωνείας* addenda esse. conf. ad cap. 36 sub finem. Eodem modo locum H. Sauppe epist. crit. pag. 149 sanavit.

v. 2. *τὸ μὲν οὖν διαλογίζεσθαι τοιόνδε τί ἐστιν*] Isocrates quae de Euagora §. 23—64 exposuit comprehendens §. 66—8 frequentationis oxornatione utitur, cui nova additur *παλιλλογία* §. 69 hoc modo: *ὥστ' εἴ τις ἔροιτό με τί νομίζω μέγιστον εἶναι τῶν Εὐαγόρᾳ πεπραγμένων, πότερον . . . ἢ . . . ἢ . . . ἢ . . ., εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἂν καταστaίην· ἀεὶ γάρ μοι δοκεῖ μέγιστον εἶναι καὶ θαυμαστότατον καθ' ὅ τι ἂν αὐτῶν ἐπιστήσω τὴν γνώμην.* Demosth. adv. Eubulid. §. 66—9 pag. 1319 ubi *διάλογος* est.

v. 3. *ἀπορῶ δ' ἔγωγε τί ἂν ἐποίησαν οὗτοι εἰ μὴ φανεροὶ μὲν ἦσαν*] haec ex linguae graecae indole vix sana sunt, equidem certe nullum video aptum sensum, adde orationis vitium *εἰ μὴ . . . οὐδὲν*. excidisse aliquid puto, ut praemisso relativo *οἳ* verbis *φανεροὶ μὲν κτλ.* causa et ratio indicaretur, qua id quod excidit confirmaretur, v. c. *εἰ μὴ [φίλοι ἀλλ' ἐχθροὶ ἡμῖν ἐγένοντο, οἳ] φανεροὶ μὲν κτλ.*

nam *φίλους* et *συμμάχους* intelligi reliqua quoque eiusdem generis probant exempla.

v. 7. *τὸ δὲ ἀπολογίζεσθαι τοιοῦτον*] Demosth. *περὶ παραπρ.* §. 177—8 omnia supra exposita comprehendens *συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορημένα ἀπ' ἀρχῆς, ἵν' ὅσα ὑμῖν ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκώς. ἐπέδειξα . . . ἐπέδειξα . . . οὐκοῦν ταῦθ' ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ, ταῦτ' ἐπέδειξα.* Isocr. de pace §. 132. Isaeus X, 26. Demosth. in Dionysod. p. 1296 §. 45—7. in Timocrat. §. 108—9 ubi idem verbum invenitur: *βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ἃ ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, ἀπολογίσασθαι πεποιηκότα ἐμαυτόν. ἔφην γὰρ αὐτὸν ἐξελέγξειν κατὰ πάντα ἔνοχον ὄντα τῇ γραφῇ, πρῶτον μὲν . . . δεύτερον δὲ . . . τρίτον δὲ . . . οὐκοῦν ἠκούσατε τῶν νόμων . . . καὶ πάλιν ὑμᾶς ἐδίδαξα . . . καὶ μὴν κἀκείνων ἠκούσατε τῶν νόμων . . . ἀλλὰ μὴν ὅτι γ' οὐκ ἐπιτήδειος, ἀκηκόατε.*

v. 11. *τὸ μὲν οὖν ἀπολογίζεσθαι τοιόνδε ἐστί*] haud ferendum videtur h. l. *τοιόνδε*, facile hoc cum praecedenti *τοιοῦτον* locum mutavit. nihilo minus etiam cap. 25 res exposita sic finitur *τὸ μὲν οὖν συγχεῖν τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων τοιόνδε ἐστί.* cap. 29 *τὸ μὲν οὖν φράζειν ἐν κεφαλαίῳ τὸ πρᾶγμα τοιόνδε ἐστίν.* cap. 32 CFM *τόνδε τὸν τρόπον* pro eo quod alii *τοῦτον δὲ*, conf. 34 fine.

v. 12. *τὸ δ' ἐκ προαιρέσεως ἀναμιμνήσκειν τοιόνδε*] Isocrat. Phil. §. 154 *λοιπὸν οὖν ἐστι τὰ προειρημένα συναγαγεῖν, ἵν' ὡς ἐν ἐλαχίστοις κατίδοις τὸ κεφάλαιον τῶν συμβεβουλευμένων. φημὶ γάρ χρῆναί σε κτλ.*

v. 18. *ἐξ ἐπερωτήσεως δὲ τόνδε τὸν τρόπον*] Isocrates in Archidamo quae *περὶ κτήσεως* Messeniae §. 16—31 longius exposuit, paucis dicta §. 32—3 comprehendens, quod ipse *τεχνικῶς* more suo his verbis indicat, *οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν διὰ βραχέων περὶ αὐτῶν διελθεῖν*, ex interrogatione iterat *καίτοι πῶς ἂν τις μαρτυρίαν μείζω καὶ*

σαφεστέραν τούτων παράσχοιτο; Euagor. §. 66—69. Philipp. §. 67. Panath. §. 60. Atque haec est interrogatio quam autor ad Herennium IV cap. 15 explicat.

v. 23. *οὐδ' ἂν φήσωσι*] sic melior codicum familia. Bekkerum secuti *αὖ φήσουσιν* dedimus, sed eodem iure *ἂν φήσαιεν*, quo magis verbis *ἂν τολμήσαιεν* respondeat, corrigas.

CAPUT XXI.

p. 47 v. 3. *εἰρωνεία*] Aristoteles Rhet. III, 18 ubi qualis esse debeat in orationibus *ἐρώτησις* et *ἀπόκρισις* quaerit, tertium *γελοῖον* addit ibique *εἰρωνείας* mentionem facit (conf. II, 2), neque tamen ut Anaximenes *παράλειψιν* quoque comprehendere putat. vid. Ernesti lexic. s. v. posteriores plures inde effecerunt exornationes, ironiam, *παράλειψιν, ἀστεϊσμόν*.

v. 12. *τὸ δὲ τοῖς ἐναντίοις ὀνόμασι προσαγορεύειν τὰ πράγματα*] eodem vocabulo *χρηστὸς* ironice utitur Demosth. Olynth. III, 27 pag. 36 *νυνὶ δὲ πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πράγματα ἔχει;* pro Ctesiph. §. 30 *οἱ χρηστοὶ πρέσβεις*, §. 318 *ὦ χρηστέ*, §. 89 p. 255 *εἰρήνης ἣν οὗτοι κατὰ τῆς πατρίδος τηροῦσιν οἱ χρηστοὶ ἐπὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν*. Dinarchus de Theocrine §. 29 p. 1331 *χρηστός γ' ἐστὶ καὶ πιστὸς καὶ κρείττων χρημάτων*. §. 32. 35. Aeschines *παραπρ.* §. 36. Alcibiades ap. Thucyd. VI, 16 et 17 de se ex Niciae animo et sententia *ἄνοιαν* profert.

CAPUT XXII.

v. 19. *ὅθεν δέ ἐστιν ἀστεῖα λέγειν*] multo accuratius hoc Aristot. Rhet. III, 10—11 enarrat, ut indignus sit noster autor qui cum illo conferatur.

Quantum *τὸ τὰ ἀστεῖα λέγειν* apud Athenienses valuerit, docet Demosth. in Aristocr. §. 206 p. 689 *ὑμεῖς δ' ὦ*

exirent docerent; id autem fit imprimis subiecti et obiecti quod dicitur mutatione. at desiderabis subtilem perscrutationem, qualem philosophus v. c. in libro *περὶ ἑρμηνείας* explicat, neque posteriores hanc rationem secuti sunt, ut unicus sit hic locus autoris antiquitatem contestans. *αὐτὸς* dicitur de prima persona quae loquitur, *οὗτος* vel *ἕτερος* de adversario; ita et Aristoteles ipse semel Rhet. II, 23 loco vicesimo secundo, unde infra *οὔτ' ἂν αὐτὸς δυνηθείην* corrigendum esse pro *δυνηθῇ* vel *δυνηθείη* apparet.

ἓν μὲν ὅτι αὐτὸς δύναται καὶ τοῦτο καὶ ἕτερον] idem persona mutata tertius vult locus *οὗτος καὶ τοῦτο καὶ ἕτερον δύναται.* cur igitur maiores mutationes negligit, quae addita negatione fiunt? facile enim octo existunt figurae, v. c. *τοῦτο μὲν ἕτερον δ' οὔ, τοῦτο μὲν οὔ, ἕτερον δέ, οὔτε τοῦτο οὔτε ἕτερον.* atque haec quidem varietas mutato obiecto nascitur.

p. 50 v. 2. *πέμπτον δὲ ὅτι αὐτὸς μὲν δύναται, ἕτερος δὲ οὐ δύναται*] non convenit cum hoc lemmate expositio, ubi praeceptum his verbis exprimitur *ἐκεῖνος μὲν δύναται, αὐτὸς δὲ οὐ δύναται*, ut corrupta esse illa certum sit. scribendum puto *ὅτι ἕτερος μὲν δύναται, αὐτὸς δὲ οὐ δύναται.* id enim praestat negationis transpositioni *μὲν οὐ δύναται, ἕτερος δὲ δύναται*, quod in exemplo adversarius praecedit. sed cum mira sit dicendi concinnitas atque eadem semper verba repetantur, displicet uno loco *ἕτερος*, altero *ἐκεῖνος* legi, utrique idem reddendum erit. quis vero non corrupto loco, si flagitatur, *ἐκεῖνος* substituere malit, quam infra *ἐκεῖνος* in *ἕτερος* mutare? Si quaeris cur illud quod non minus aptum videtur, *αὐτὸς μὲν δύναται, ἕτερος δὲ οὐ δύναται* negligatur, respondeo multo plura negligi nec locum accurate excussum esse.

v. 15. *οὔτ' ἂν αὐτὸς δυνηθείη*] scribendum esse *δυνηθείην*, quod *αὐτὸς* primam significet personam eius qui dicit, supra monuimus.

CAPUT XXV.

p. 51 v. 3. *πρῶτον μὲν οὖν ὀνόμαζε τοῖς οἰκείοις ὀνόμασι*] Aristotel. Rhet. III, 5 qui nostro accuratius elocutionem docet: *ἓν μὲν δὴ τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις, δεύτερον δὲ τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν καὶ μὴ τοῖς περιέχουσιν, τρίτον μὴ ἀμφιβόλοις.* Iam Isocrates *ὀνόματι δὲ χρῆσθαι ἢ μεταφορᾷ μὴ σκληρᾷ ἢ τῷ καλλίστῳ καὶ τῷ ἥκιστα πεποιημένῳ (ὡς τὸ σίζειν καὶ δοῦπος· ταῦτα γὰρ πεποιημένα) ἢ τῷ γνωριμωτάτῳ.* Artium script. p. 162. Rhet. gr. VI, 156.

v. 4. *διαφεύγων τὸ ἀμφίβολον*] Alexand. in Arist. Top. p. 189, Aristid. in capite *περὶ συνθέσεως*, Walz in ind. Ernesti s. v.

εὐλαβοῦ δὲ περὶ τὰ φωνήεντα τῶν γραμμάτων, ὅπως μὴ ἑξῆς τεθήσονται] haec Isocrates praecepit: *δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τὸ τοιόνδε.* vid. artium script. pag. 161. Benseler de hiatu p. 5 seqq. qui hanc rem accuratius excussit.

v. 9. *μετὰ δὲ συνδέσμους οὓς ἂν προείπῃς ἀποδίδου τοὺς ἀκολουθοῦντας*] Isocrates artium scr. p. 161. Rhet. V, 469, 473, quae integriora Ioh. Siceliota VI, 156 servasse videtur: *καὶ τοὺς συνδέσμους τοὺς σαφεῖς μὴ σύνεγγυς τιθέναι καὶ τὸν ἑπόμενον τῷ ἡγουμένῳ εὐθὺς ἀνταποδιδόναι, τοὺς μὲν ὡς τὸ ταῦτα μὲν τοιαῦτα, ἐκεῖνα μέντοι ἑτέρως, τοὺς δὲ ὡς τὸν μὲν καὶ τὸν δὲ καὶ τὸ ὡς καὶ τὸ οὕτως.* Eadem fere Aristoteles Rhet. III, 5 *πρῶτον μὲν ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων, οἷον ἔνιοι ἀπαιτοῦσιν, ὥσπερ ὁ μὲν καὶ ὁ ἐγὼ μὲν ἀπαιτεῖ τὸν δὲ καὶ τὸν ὁ δέ. δεῖ δὲ ἕως μέμνηται ἀνταποδιδόναι ἀλλήλοις καὶ μήτε μακρὰν ἀπαρτᾶν μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου· ὀλιγαχοῦ γὰρ ἁρμόττει*, quod exemplo illustratur.

v. 22. *τὸ μὲν οὖν συγχεῖν τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων τοιόνδε ἐστίν*] desideratur exemplum *τοῦ μὴ ὑπερβατὴν εἶναι τὴν σύνθεσιν*, quae non eadem atque *σύγχυσις* vid. lexic. Ernesti technol., haec igitur excidit; omnia enim supra indicata explanat, sed inverso ordine, ut quod in lemmate postremum, in expositione sit primum; id ut in duobus membris solemne, in pluribus haud frequens invenitur; memorabile exemplum est Rhet. gr. IX. 549, 17—24 ubi decem *ἀναμνήσεως* loci hac ratione repetuntur.

v. 23. *τοῖς ἄρθροις*] cf. Classen de gramm. gr. primordiis p. 58.

p. 52 v. 4. *ἂν μή ποτε ἄλλως ἀδύνατον ᾖ δηλῶσαι*] libri omnes *δυνατὸν* sensu, nisi negationem *μὴ* deleveris, contrario, unde Basil. *ἀδύνατον* dederunt. similiter nos supra cap. 13 correximus. sed haud scio an hoc loco praestet *παράλληλα, πλὴν ἂν* ... *δυνατὸν* ... intelligit vero hiatum qualis est in *ὦ ἄνδρες* atque aliis multis eiusdem generis.

v. 5. *ἢ ἀνάπτυξις ᾗ τις ἢ ἄλλη διαίρεσις*] clausulam quandam sententiae intelligere videtur, neque tamen alibi hoc vocabulum id significat, unde H. Knebel, interpres, *ἀνάπαυσις* corrigit.

v. 7. *ὁδὸς τῶν θυρῶν καὶ ὁδὸς ἣν βαδίζουσι*] vetustissimus locus qui iam antiquis spiritum neglectum esse in pronuntiando docet.

v. 8. *δεῖ δ' ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τὸ ἴδιον ἀεὶ συμπεριλαμβάνειν*] recte Bekkerus *συμπαραλαμβάνειν* tacite, nostri quidem omnes illud tuentur. idem infra restituendum cap. 31 *μηδὲν ἄλλο συμπεριλαμβάνοντες ἀλλ' ἢ τὰς πράξεις αὐτὰς ψιλὰς φράζοντες*. recte libri supra bis cap. 7 et 36 *συμπαραληπτέον*. Etiam Aristot. loc. poet. cap. 6 *οὔκουν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσωνται πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις*. reponendum esse censeo

συμπαραλαμβάνουσι. conf. Rhet. I, 3 p. 1368, 6. 24. 27. fluctuant libri de anima I, 2.

CAPUT XXVI.

v. 12. *ὁμοιοτήτων*] notandum pro *παρομοιώσεων.* has exornationes et lumina orationis laudat iam Isocrates Panath. §. 2 glorians se composuisse *λόγους πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν.*

v. 13. *ἀντίθετον μὲν οὖν ἐστι*] Arist. Rhet. III, 9 ubi vid. adnot. Theophrastus ap. Dionysium in Lys. cap. 14, Rutil. Lupus II, 16. Ernesti s. v. et ind. Rhet. gr. Discrimen quod autor noster dat, ut aut verba aut res contrariam conficiant orationem, simplex atque aptum est, unde prius posterioribus est *σχῆμα λέξεως*, alterum vero *διανοίας*, conf. aut. ad Herenn. IV §. 28 et 58. Hermog. 420. Alexander p. 477 seq. Tiberius p. 569.

v. 15. *τοῖς ἀντικειμένοις*] si abesset, nemo requireret.

v. 19. *ἐνδεεῖ*] operarum mendo *ἐνδεῖ* excusum est in Casauboni editione, ex qua idem Buhlius et Bekkerus retinuerunt.

CAPUT XXVII.

v. 26. *παρίσωσις*] Aristot. Rhet. III, 9 *παρίσωσις δ' ἐὰν ἴσα τὰ κῶλα.* Ernesti s. v.

CAPUT XXVIII.

p. 53 v. 5. *παρομοίωσις*] Aristot. Rhet. III, 9 *παρομοίωσις δ' ἐὰν ὅμοια τὰ ἔσχατα ἔχῃ ἑκάτερον τὸ κῶλον. ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν ἀρχῇ ἢ ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν. καὶ ἀρχὴ μὲν ἀεὶ τὰ ὀνόματα, ἡ δὲ τελευτὴ τὰς ἐσχάτας συλλαβὰς ἢ*

τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος πτώσεις ἢ τὸ αὐτὸ ὄνομα. conf. Ernesti s. v.

Cur articulus addatur *ἡ μείζων*, non video. exemplum quod sequitur *ὅσον δεῖ σε λόγον μίμημα, φέρε πόθον τέχνασμα*, corruptum est. et de *ὅσον* dubitari non potest, quin fuerit *οἷον*, quo quae sequuntur inducuntur; *δεῖ σε* si verum est, verte: si habere vis, utere, at non convenit cum *φέρε*, nam ibi quoque haec similitudo adesse debet; puto fuisse *ἔχε λόγον μίμημα* vel simile quid. Tum libri *μάλιστα δὲ ποιεῖν*, unde priores *ποιεῖ* correxerunt, quo *δὶς ταὐτόν* intruditur, Buhle contra usum autoris *ποίει* dedit; reponendum esse videtur *δὲ δεῖ ποιεῖν*.

v. 12. *ὅσα δὲ ἔξω τέχνης κεῖται, τὸ αὐτόματον αὐτὸ δείξει*] contra autoris morem his inventio et elocutio artis finitur, nec dubito, quin quaedam exciderint verba, v. c. *ὅσα μὲν οὖν ἡ τέχνη παρασκευάζει, ταῦτ' ἔστιν, ὅσα δὲ κτλ.*

v. 14. *ἅ ἐστι*] aut *οἷά ἐστι* scribendum, ut cap. 3. 34, aut *ἅτιν' ἐστί.*

v. 17. *ὁμοιοτρόπως δὲ τούτοις*] deest *πίστεων* notio quae abesse non potest, vid. supra cap. 6; expositae vero sunt capp. 7—17. credas fuisse tale quid *ὁμοιοτρόπως δὲ τούτοις τὰς πίστεις· πρὸς δὲ τούτοις τάς τε προκαταλήψεις*, ut multa in M similiter cadentia exciderunt; puto tamen harum mentionem supra post *ταπεινώσεις* factam esse; nam verba *αἵ τινές τέ εἰσι καὶ ὅθεν αὐτῶν εἰς τοὺς λόγους εὐπορήσομεν* multo magis argumentationi quam amplificationi conveniunt; itaque ante haec lacunam indicavimus.

v. 20. *καὶ τὰ μήκη τῶν λόγων*] vid. ad cap. 22.

v. 22. *καὶ τὰς διαφορὰς*] om. CFM, nec huc pertinent: non enim supra exposuit. videtur haec verba is addidisse, qui cap. 14 quae *πίστεων* essent discrimina enumerata esse meminerit; adde haec et in limine operis cap. 1 desiderari *τὰς δυνάμεις αὐτῶν καὶ τὰς χρήσεις καὶ τὰς τάξεις.*

v. 23. *ἂν ἐϑίσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ γυμνάσωμεν ἀναλαμβάνειν αὐτὰς κατὰ τὰ προγυμνάσματα*] vetustissimus locus qui progymnasmatum mentionem facit, conf. Ernesti s. v. eadem intelligit aut. ad Herenn. I §. 12, qui quantum valeat exercitatio in arte rhetorica, saepius repetit, ut I §. 1. II §. 12. monuit iam antea multis locis Isocrates.

CAPUT XXIX.

p. 54 v. 8. *ἔστι δὲ προοίμιον καϑόλου μὲν εἰπεῖν*] Theophilus ap. Fabric. XIII p. 672 *ὡς ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ῥητορικῇ τῷ φιλοσόφῳ ὥρισται. προοίμιόν φησι καϑόλου μὲν εἰπεῖν ἀκροατῶν ἐστὶ παρασκευὴ καὶ τοῦ πράγματος ἐν κεφαλαίῳ μὴ εἰδόσι δήλωσις.* De exordio vid. Aristot. Rhet. III, 14—15. aut. ad Herenn. I, 6—7. Cicero de invent. I, 15—8. Quintil. IV, 1. Iulius Victor p. 242. Hermogen. p. 65—80 qui librum *περὶ προοιμίου* (Marcellin. Rhet. gr. IV, 429) scripserat, schol. VII, 52—74 qui p. 56 Hermogenem plurima a veteribus tradita neglexisse docet, adde V, 220. 364. 366. VII, 21. 33. 698. Apsines *περὶ προοιμίου* IX, 467. conf. Ernesti s. v. omnes vulgarem doctrinam quam noster praecipit, ut auditorem faciat docilem, attentum, benevolum, *εὔνοιαν, προσοχήν, εὐμάϑειαν*, tradunt; discedit Apollodorus apud Quintilianum IV. 1, 50. Rufus III, 348.

Isocrates quae in exordio praefari solent oratores, Panegyr. §. 13 *τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἐν τοῖς προοιμίοις ὁρῶ καταπραΰνοντας τοὺς ἀκροατὰς καὶ προφασιζομένους ὑπὲρ τῶν μελλόντων ῥηϑήσεσϑαι καὶ λέγοντας τοὺς μὲν ὡς ἐξ ὑπογυίου γέγονεν αὐτοῖς ἡ παρασκευή, τοὺς δ' ὡς χαλεπόν ἐστιν ἴσους τοὺς λόγους τῷ μεγέϑει τῶν ἔργων ἐξευρεῖν.* auditores ut *μετ' εὐνοίας* audiant, orant Isocrat. Plataic. §. 6. Isaeus II, 2. VI, 2. VIII, 5. Andocid. I, 9. Lysias XIX, 11. Demosth. in Midiam §. 7, in Conon.

§. 2 p. 1257, adv. Eubul. p. 1299 §. 1, in Theocr. §. 3 p. 1322. vid. supra cap. 19.

Exordium ne nimis sit longum, rhetores docuisse videntur, quare Isocr. Panath. §. 33 se excusat *αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς συντεταγμένης τοῖς προοιμίοις.*

v. 14. *πρῶτον μὲν ἐπὶ τῶν δημηγορικῶν καὶ προτρεπτικῶν τοῦτο δείξω*] haec neque opposita sunt et alterum deest membrum *ἀποτρεπτικῶν*, utroque enim *δημηγορία* continetur; porro non dicitur *δημηγορικὰ* multitudinis numero, sed singulari *δημηγορικόν*, ut cap. 36 *ὅθεν δὲ ταῦτα γίνεται ἐν τῷ δημηγορικῷ καὶ ἐπὶ τῶν προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν, εἰρήκαμεν.* Inde correximus *ἐπὶ τῶν δημηγοριῶν καὶ τῶν προτρεπτικῶν καὶ τῶν ἀποτρεπτικῶν.* sic nostro in capite *τὰς μὲν οὖν δημηγορίας καταστησόμεθα*, et fine *τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον καταστάσεις τῶν δημηγοριῶν ποιητέον.* Coniicias *ἐπὶ τῶν δημηγοριῶν προτρεπτικῶν* et sane M *καὶ* omittit, ita ut primum *τὰς προτροπάς*, deinde cap. 34 *τὰς ἀποτροπὰς* exponat, *τὰς δὲ ἀποτροπὰς ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις ποιήσομεν.* at quod autor singulas species, *εἴδη*, illustrat, utraque initio indicanda est, et illud *πρῶτον μὲν* non ad *προτροπὰς* pertinet quibus *τὰς ἀποτροπὰς* opponat, sed ad *δημηγορίας*, h. e. utrumque, cui opposita cap. 35 *τὸ ἐγκωμιαστικὸν καὶ κακολογικόν*, cap. 36 *τὸ κατηγορικὸν καὶ ἀπολογητικόν*, denique *τὸ ἐξεταστικόν.* adde statim sequi *ἀποτροπῆς* exemplum in verbis *ἀνέστην ἀποφανούμενος ὡς οὐ χρὴ βοηθεῖν ἡμᾶς Συρακουσίοις.* ideo verba *καὶ τῶν ἀποτρεπτικῶν* abesse non possunt; semper enim haec contraria, quod res ipsa flagitat, coniungit, nisi quod uno alterove loco librarii alterutrum neglexerunt, ut cap. 34 *τὸ μὲν οὖν προτρεπτικὸν εἶδος αὐτό τε ἴσμεν*, ubi redde *τὸ μὲν οὖν προτρεπτικὸν καὶ ἀποτρεπτικόν*, utrumque enim excussit, cap. 36 init. *λοιπὸν δ' ἐστὶν*

ἡμῖν εἶδος τό τε κατηγορικὸν καὶ τὸ ἐξεταστικὸν quibus insere *καὶ τὸ ἀπολογητικόν.* conf. supra cap. VI.

v. 16. *τὸ μὲν οὖν προεκτιθέναι τὸ πρᾶγμα τοῖς ἀκούουσι καὶ φανερὸν ποιεῖν, τοιόνδε ἐστίν*] autor ad Herenn. I, 7 *dociles auditores habere poterimus, si summam causae breviter exponemus, et si attentos eos faciemus; nam docilis est is qui attente vult audire.* Rhetores gr. V, 366. Dionysius de Lysia cap. 24 *καὶ μὴν εἴς γε τὸ εὐμαθεῖς τοὺς ἀκροατὰς ποιῆσαι κελεύουσι συστρέψαντας εἰπεῖν τὸ πρᾶγμα, ἵνα μὴ ἀγνοῶσι τὴν ὑπόθεσιν οἱ δικασταί, καὶ οἷά περ ἂν ᾖ τὰ μέλλοντα λέγεσθαι, τοιοῦτο καὶ τὸ προοίμιον ὑποτίθεσθαι ἀπ' ἀρχῆς καὶ δεῖγμα τοῦ πράγματος ποιουμένους εὐθὺς ἀπ' ἐνθυμημάτων πειρᾶσθαι ἄρχεσθαι.*

Exempla sunt Isocrat. Archid. et de pace, Thucydidis I, 32. 140. II, 60. IV, 17. VI, 9, ubi similiter propositio paucis indicata est. confer etiam ex iudiciali genere orationes de Haloneso, Cherson. §. 2. Philipp. IV. ad epist. Phil. §. 2. de symmor.

v. 21. *προσέχειν δὲ παρακαλεῖν ἐκ τούτων ἂν εἰδείημεν*] aut. ad Herenn. l. l. *attentos habebimus si pollicebimur, nos de rebus magnis novis inusitatis verba facturos, aut de iis rebus quae ad rempublicam pertineant, aut ad eos ipsos qui audient, aut ad deorum immortalium religionem, et si rogabimus ut attente audiant, et si numero exponemus res quibus de rebus dicturi sumus.* Aristot. III, 14 *προσεκτικοὶ δὲ τοῖς μεγάλοις τοῖς ἰδίοις τοῖς θαυμαστοῖς τοῖς ἡδέσιν, διὸ δεῖ ἐμποιεῖν ὡς περὶ τοιούτων ὁ λόγος.* Dionys. de Lysia cap. 24 *ἔτι περὶ τῆς προσοχῆς ὧδέ πως τεχνολογοῦσιν, ὅτι δεῖ τὸν προσεκτικοὺς μέλλοντα ποιεῖν τοὺς ἀκροατὰς καὶ λέγειν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα καὶ δεῖσθαι τῶν δικαστῶν ἀκοῦσαι.* conf. infra Anax. cap. 35. incert. aut. in Extraits de Manuscr. XIV, 2 p. 185 *προσοχὴν δὲ ἀπεργάσῃ ἔκ τε τῶν προειρημένων καὶ πρὸς τούτοις εἰ ἀξιόπιστος*

ἄ. Ἀ. τοὺς τὰ μέγιστ' ἀδικοῦντας καὶ φανερῶς ἐξελεγχομένους, ἂν ἓν ἢ δύο ἀστεῖα εἴπωσι... ἀφίετε. exord. 32. 56.

v. 21. *ἐκ τούτου τοῦ τόπου*] autor noster non, ut Aristoteles in quo ipso saepe difficilis est disceptatio, vocabulo *τόπος* utitur, semel tantum legitur cap. 36 *ἐπὶ τὸν ἐκ τοῦ παραλειπομένου τόπον μεταβιβάζοντες*, quod cap. 34 dictum est *ἐκ τοῦ παραλελειμμένου τρόπου ἀπότρεπε*. reposuimus igitur ex M et Victorii codice *τρόπου* quod Camotius iam ediderat.

οἷον τὰ ἐνθυμήματα λέγοντας ὅλα ἢ ἡμίση, ὥστε τὸ ἥμισυ αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν τοὺς ἀκούοντας] mirum, si omnia enthymemata integre exposita facetam reddant orationem; hoc non credo, alteri facile fidem praesto; quare fortasse *ὅλα ἢ* male addita sunt; multo melius Arist. l. c. *ἀνάγκη δὴ καὶ λέξιν καὶ ἐνθυμήματα - ταῦτ' εἶναι ἀστεῖα ὅσα ποιεῖ ἡμῖν μάθησιν ταχεῖαν. διὸ οὔτε τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἐνθυμημάτων εὐδοκιμεῖ, ἐπιπόλαια γὰρ λέγομεν τὰ παντὶ δῆλα καὶ ἃ μηδὲν δεῖ ζητῆσαι, οὔτε ὅσα εἰρημένα ἀγνοούμενά ἐστιν, ἀλλ' ὅσων ἢ ἅμα λεγομένων ἡ γνῶσις γίνεται, ἢ μικρὸν ὑστερίζει ἡ διάνοια· γίνεται γὰρ οἷον μάθησις, ἐκείνως δὲ οὐδέτερον.*

p. 48 v. 4. *μηκύνειν δὲ τοὺς λόγους βουλόμενον δεῖ μερίζειν τὸ πρᾶγμα*] pertinet huc *τὸ ἐποικοδομεῖν*, cap. 3 ubi vid. not., et quam recentiores dicunt exornationem, *μερισμόν*, ut Herodianus Rhet. gr. VIII, 594. Ernesti s. v. *distributionem* autor ad Herenn. IV cap. 35.

De hoc sophistarum more nota sunt quae Plato in Protagora facete et Socratem et Prodicum loquentes facit.

v. 10. *παλιλλογεῖν καὶ τὴν παλιλλογίαν σύντομον ποιεῖσθαι*] male sane utitur autor h. l. illa palillogia ut cod. Monac. non iniuria tria verba *παλιλλογεῖν καὶ τὴν* omittere videatur, at cap. 35 similiter *καὶ τὴν πρόθεσιν ποιήσας καὶ προτιθέμενος*.

v. 17. *τὰ πλεῖστα δὲ ζευγνύναι, ὀνομάζειν μὲν οὕτω, τῇ δὲ λέξει εἰς δύο χρῆσθαι*] ex hoc figura quam zeugma dicunt nata esse videtur. *ἡ λέξις εἰς δύο* idem est quod cap. 24 explicatur *εἰς δύο ἑρμηνεύειν*, qua si utaris, oratio non brevior sed longior fit, ut haud sciam an negatio sit addenda *μὴ χρῆσθαι*. at ne sic quidem placent verba *ὀνομάζειν μὲν οὕτω* neque structurae forma neque sensus significatione, ut verear, ne maius inhaereat mendum.

p. 49 v. 3. *τὰ μὲν οὖν μήκη τῶν λόγων ἐκ τούτων ποιήσομεν, ἡνίκα ἂν θέλωμεν*] at non modo hanc docuit, sed etiam *βραχυλογίαν* et *μετριότητα* idque supra cap. 6 promiserat *καὶ μῆκος λόγου καὶ μετριότης μήκους καὶ βραχυλογία καὶ ἑρμηνεία.* sed neque initio capitis divisit *καὶ τὰ μήκη τῶν λόγων ποιεῖν ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ* et cap. 28 uno vocabulo *μήκους* tres illas species comprehendit *καὶ τὰς ἀστειολογίας καὶ τὰ μήκη τῶν λόγων καὶ τῆς ἑρμηνείας τὴν σύνθεσιν*, ut autor ipse quod minus accuratus fuerit accusandus esse videatur.

v. 9. *περὶ δὲ ὀνομάτων συνθέσεως δηλώσομεν*] Bekkerus cum duobus suis codicibus quos alteri duo ex nostris sequuntur coniunctivum *δηλώσωμεν* dedit. sane plerumque coniunctivum in hoc transitu autor adhibet, sed etiam futurum agnoscit; cap. 23 *ὅπως δὲ καλλίστην ποιήσεις τὴν ἑρμηνείαν, νῦν δηλώσομεν*, sic omnes sine varietate. cap. 2 *περὶ δὲ συμμάχων καὶ τῶν πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις συμβολαίων διελθεῖν ἐπιχειρήσομεν.* cap. 22. 36 *διέξιμεν.* cap. 37 *διέξειμι.*

CAPUT XXIV.

v. 23. *σχήματα δέ ἐστι τοῦ εἰς δύο λέγειν τάδε*] in his facile grammaticae et rhetoricae aspicias primordia; variis quae fieri possunt sententiis certas imponere formas voluerunt, non inepte, ut ex uno quasi fonte qua ratione diversa

p. 55 v. 2. *ἢ δεηθῶσιν ἡμῶν ἀκοῦσαι αὐτῶν προσέχοντας τὸν νοῦν*] Lycurg. in Leocr. §. 16 *δέομαι δ' ὑμῶν ὦ Ἀ. ἀκοῦσαί μου τῆς κατηγορίας διὰ τέλους καὶ μὴ ἄχθεσθαι κτλ.* Demosth. exord. 44.

v. 8. *τὴν εὔνοιαν δὲ παρασκευασόμεθα*] aliter atque ceteri rhetores noster benevolentiae captationem docet; hi enim a re et persona, et cum tres sint personae, a sua, ab adversarii, ab auditorum persona illam conciliandam esse dicunt, aptaque facta divisione singula his addunt praecepta; ita primus fortasse Aristoteles III, 14, Autor ad Herenn., Cicero, Victor, alii ap. Quintil. conf. Rufus Rhet. gr. III, 448—50. VII, 52. 54. Et hanc quidem divisionem noster non novit, nihilo minus quo animo auditores erga orantem affecti sint considerans omnia fere posteriorum praecepta refert, eaque iam ab Isocrate exposita esse exempla ex huius orationibus sumpta confirmant.

Quam necessaria sit benevolentia dicenti, Pseudodemosth. Epitaph. §. 13—14 docet, e quibus postrema afferimus: *ἡ δὲ τῶν λόγων πειθὼ τῆς τῶν ἀκουόντων εὐνοίας προσδεῖται, καὶ μετὰ μὲν ταύτης, κἂν μετρίως ῥηθῇ, δόξαν ἤνεγκε καὶ χάριν προσεποίει, ἄνευ δὲ ταύτης κἂν ὑπερβάλῃ τῷ λέγειν καλῶς, προσέστη τοῖς ἀκούουσιν.* §. 34. p. 1411.

v. 11. *περίεργον λέγειν περὶ εὐνοίας*] aut. ad Herenn. I §. 9 seqq. incertus rhetor in Notices tom. XIV p. 186 seq. qui ex Alexandro egregia exhibet.

v. 12. *μετ' εἰρωνείας*] i. e. *ἐν παραλείψεως σχήματι* de quo vid. cap. 21.

v. 15. *καὶ μᾶλλόν τι τῶν ἰδίων προϊέμενον ἢ ἀπὸ τῶν δημοσίων ὠφελούμενον*] Isocr. Panath. §. 12 *καίτοι πάντες ἴσασι τῶν μὲν ῥητόρων τοὺς πολλοὺς οὐχ ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ λήψεσθαι προσδοκῶσι δημηγορεῖν τολμῶντας, ἐμὲ δὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς οὐ*

μόνον τῶν κοινῶν ἀπεχομένους μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίων εἰς τὰς τῆς πόλεως χρείας ὑπὲρ τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν αὐτῶν δαπανωμένους. de re confer Demosthenis exordium de pace.

v. 22. *τοῖς πεῖραν μὴ δεδωκόσι τῶν πολιτῶν εὔνους ἀκροατὰς γενέσθαι*] huius praecepti exempla non inveni.

v. 24. *ἔπειτα τοὺς ἀκούοντας ἐπαίνῳ θεραπευτέον, δικαίως καὶ νουνεχῶς τοὺς λόγους ὡς εἰώθασι δοκιμάζειν*] ne huius quidem rei in deliberativo genere exempla cognovi; immo leviter auditores, ut ipsi haud graviter ferant, (conf. aut. ad Herenn. IV §. 48) increpantes, quod negligentiores sint, benevolentiam captant, v. c. Athenienses Cleon ap. Thucyd. III, 38. Demosth. Olynth. III, 3. Spartanos Corinthii ap. Thucyd. I, 68; ex genere iudiciali vide exempla ad cap. 36.

v. 25. *ἔτι δὲ τὰς ἐλαττώσεις οἰστέον λέγοντας ὡς οὐ δεινότητι πιστεύων ἀνέστην*] Isocr. Archidamus §. 6 *οὐ μὴν ὡς ἐπιθυμῶν τοῦ λέγειν, οὐδ' ὡς ἄλλως πως παρεσκευασμένος ζῆν ἢ τὸν παρελθόντα χρόνον, οὕτως εἴρηκα περὶ τούτων, ἀλλὰ βουλόμενος ὑμᾶς προτρέψαι μηδεμίαν ἀποδοκιμάζειν τῶν ἡλικιῶν κτλ.* plura ex iudiciali genere exempla vide infra cap. 36. Nicias VI, 9 Atheniensibus bellum dissuadens dicit *καίτοι ἔγωγε καὶ τιμῶμαι ἐκ τοῦ τοιούτου καὶ ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀῤῥωδῶ... ὅμως δὲ οὔτε ἐν τῷ πρότερον χρόνῳ διὰ τὸ προτιμᾶσθαι εἶπον παρὰ γνώμην, οὔτε νῦν, ἀλλὰ ᾗ ἂν γιγνώσκω βέλτιστα, ἐρῶ.* Lysias XXXI, 2 *ἐγὼ ποιήσομαι τὴν κατηγορίαν, οὐ μέντοι γε ἰδίαν ἔχθραν οὐδεμίαν μεταπορευόμενος οὐδὲ τῷ δύνασθαι καὶ εἰωθέναι λέγειν ἐν ὑμῖν ἐπαρθείς, ἀλλὰ τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ πιστεύων.*

p. 56 v. 2. *τοὺς δὲ διαβεβλημένους*] ut Pericles ap. Thucyd. II, 60, Alcibiades VI, 89—92. conf. Mytilenaei III, 9. Locos quibus adversariorum *διαβολὰς* diluamus, Aristoteles Rhet. III, 15 exposuit.

v. 4. *αὗται δὲ αἱ διαβολαὶ*] haec corrupta sunt; primum enim e tribus illis, si a persona fiat calumnia, docet, quo finito ad secundum ex re et tertium ex oratione transit; *τὰς μὲν οὖν περὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον διαβολὰς ἐν ταῖς δημηγορίαις ἐκ τῶν τοιούτων λύειν ἐπιχειρήσομεν, αἱ δὲ περὶ τὸ πρᾶγμα γίνονται.* Ergo nostro loco illud *αὗται* mutandum in *αὐτῶν* vel *αὐτοῦ.*

v. 8. *ὡς οὐδ' αὐτὸς ἀγνοῶ διαβεβλημένος ἀλλ' ἐπιδείξω ψευδεῖς οὔσας τὰς διαβολὰς*] Pericles ap. Thuc. II, 60 *καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν εἰς ἐμὲ γεγένηται· αἰσθάνομαι γὰρ τὰς αἰτίας· καὶ ἐκκλησίαν τούτου ἕνεκα ξυνήγαγον, ὅπως ὑπομνήσω καὶ μέμψωμαι, εἴ τι μὴ ὀρθῶς ἢ ἐμοὶ χαλεπαίνετε ἢ ταῖς ξυμφοραῖς εἴκετε.* Alcibiades VI, 89 *ἀναγκαῖον περὶ τῆς ἐμῆς διαβολῆς πρῶτον εἰς ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα μὴ χεῖρον τὰ κοινὰ τῷ ὑπόπτῳ μου ἀκροάσησθε.*

v. 15. *καὶ ῥητέον*] haec me offendunt; cum enim alterum sequatur *ἂν δ' ἐπίδοξος ἡ κρίσις ᾖ γενέσθαι*, et tertium *ἐὰν δὲ οἱ ἐγκαλέσαντες μὴ ἐπεξίωσιν*, primum ut indicaret, negligere non debebat autor v. c. *καὶ εἰ μὲν ἐγένετο, ῥητέον.*

Exemplum est Demosth. oratio adv. Eubulidem §. 1—7 pag. 1299 in qua Euxitheos demotarum suffragiis e civitate eiectus iudices adit et Eubulidis fraudibus se circumventum esse queritur; idem verbum ibi invenitur *οἱ κατεστασιασμένοι* §. 2, *καταστασιασθεὶς* §. 7. Isaei V, 8—9 ibiq. Schoemann.

v. 19. *ἂν δ' ἐπίδοξος ἡ κρίσις ᾖ γενέσθαι, λεκτέον ὡς ἕτοιμος εἶ περὶ τῶν διαβολῶν ἐν τοῖς καθημένοις ἤδη κρίνεσθαι, κἂν ἐλεγχθῇς τι τὴν πόλιν ἀδικῶν ἀποθνήσκειν ὑποτιμῶ.*] huius praecepti ex deliberativo genere desunt exempla, at vide haec ex iudiciali: Aeschines *περὶ παραπρ.* §. 5 *ὑμᾶς μὲν οὖν ἐπαινῶ καὶ διαφερόντως ἀγαπῶ, ὅτι*

τῷ βίῳ μᾶλλον τῷ τῶν κρινομένων πιστεύετε ἢ ταῖς παρὰ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαις· αὐτὸς δ' οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς πρὸς ταῦτ' ἀπολογίας. εἰ γάρ τις ἢ τῶν ἔξωθεν περιεστηκότων πέπεισται... ἢ τῶν δικαζόντων ὑμῶν, ὡς ἐγὼ τοιοῦτόν τι διαπέπραγμαι μὴ μόνον εἰς ἐλεύθερον σῶμα ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ τυχόν, ἀβίωτον εἶναί μοι τὸν λοιπὸν βίον νομίζω· κἂν μὴ προϊούσης τῆς ἀπολογίας ἐξελέγξω καὶ τὴν αἰτίαν οὖσαν ψευδῆ καὶ τὸν τολμήσαντ' εἰπεῖν ἀνόσιον καὶ συκοφάντην, κἂν τἆλλα πάντα μηδὲν ἀδικῶν φαίνωμαι, θανάτου τιμῶμαι. conf. §. 59. 127. 159. Dinarch. in Demosth. §. 51. Andocides de myster. §. 32 *ὥστ' ἐγὼ ὑμῖν πολὺ μᾶλλον τῶν κατηγόρων πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω, ὑπέρ τε τῶν ἱερῶν ἃ εἴδετε, καὶ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων οἳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκεν ἔρχονται δεῦρο· εἰ μέν τι ἠσέβηκα ἢ ὡμολόγηκα ἢ ἐμήνυσα κατά τινος ἀνθρώπου, ἢ ἄλλος τις περὶ ἐμοῦ, ἀποκτείνατέ με· οὐ παραιτοῦμαι.*

v. 23. *ἐὰν δὲ οἱ ἐγκαλέσαντες μὴ ἐπεξίωσιν, αὐτὸ τοῦτο χρὴ σημεῖον ποιεῖσθαι, διότι τὴν διαβολὴν ψευδῶς ἡμῶν κατήνεγκαν*] Aeschines *περὶ παραπρ.* §. 139 *ἐχθρὸς δ' ὢν οὔπω καὶ τήμερον ἠθέληκάς με εἰσαγγεῖλαι παραπρεσβεύσασθαι; οὐ γὰρ δὴ φθονεῖς γέ μοι τῶν εἰς τὸ σῶμα τιμημάτων.* sumptum videtur praeceptum ex Isocrat. Antidosis §. 33—4 ubi eadem ratio quam noster affert, exhibetur: *ὅτι μὲν οὖν οὐδεὶς οὐθ' ὑπὸ τῆς δεινότητος τῆς ἐμῆς οὐθ' ὑπὸ τῶν συγγραμμάτων βέβλαπται τῶν πολιτῶν, τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον ἡγοῦμαι μέγιστον εἶναι τεκμήριον. εἰ γάρ τις ἦν ἠδικημένος, εἰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν εἶχεν, οὐκ ἂν ἠμέλησε τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ἦλθεν ἂν ἤτοι κατηγορήσων ἢ καταμαρτυρήσων... οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἐστὶν οὔτ' εἰκὸς οὔτε δυνατὸν ἐμὲ μὲν περὶ πολλοὺς ἡμαρτηκέναι, τοὺς δὲ ταῖς συμφοραῖς δι' ἐμὲ περιπεπτωκότας ἡσυχίαν ἔχειν καὶ μὴ τολμᾶν ἐγκα-*

λεῖν, ἀλλὰ πραοτέρους ἐν τοῖς ἐμοῖς εἶναι κινδύνοις τῶν μηδὲν ἠδικημένων, ἐξὸν αὐτοῖς δηλώσασιν ἃ πεπόνθασι τὴν μεγίστην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν τιμωρίαν. Demosth. pro Ctesiph. §. 251. At facilem habent excusationem, cur ante non accusaverint, oratores, ut Demosth. in Aristocr. §. 187—90 p. 683. Aeschines in Ctesiph. §. 220 seqq. Lysias XIII, 83—4 qui hanc dat rationem *οὐ γὰρ οἶμαι οὐδεμίαν τῶν τοιούτων ἀδικημάτων προθεσμίαν εἶναι*, et deinde argute *εἰ δὲ πάλαι δέον τιμωρεῖσθαι ὕστερον ἡμεῖς τιμωρούμεθα, τὸν χρόνον κερδαίνει ὃν ἔζη οὐ προσῆκον αὐτῷ.*

v. 26. *ἀεὶ δὲ κατηγορεῖν χρὴ διαβολῆς καὶ λέγειν ὡς δεινὸν καὶ κοινὸν καὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον*] Aristot. Rhet. III, 15 *ἄλλος (τόπος) ἐκ τοῦ διαβολῆς κατηγορεῖν ἡλίκον καὶ τοῦτο ὅτι ἄλλας κρίσεις ποιεῖ*, ubi plura congessimus exempla; at primarius locus est Isocratis, unde nostra sumpta sunt, nam et seqq. *πολλοὶ ἤδη διεφθάρησαν ἀδίκως διαβληθέντες* insunt Antidos. §. 18 seqq. et optime inde qua ratione orator praeceptum sequatur docemur: *οὐ θαυμάζω δὲ τῶν πλείω χρόνον διατριβόντων ἐπὶ ταῖς τῶν ἐξαπατώντων κατηγορίαις ἢ ταῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίαις, οὐδὲ τῶν λεγόντων ὡς ἐστι μέγιστον κακὸν διαβολή. τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης κακουργότερον, ἣ ποιεῖ τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκιμεῖν, τοὺς δὲ μηδὲν ἡμαρτηκότας δοκεῖν ἀδικεῖν, τοὺς δὲ δικάζοντας ἐπιορκεῖν, ὅλως δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀφανίζει, ψευδῆ δὲ δόξαν παραστήσασα τοῖς ἀκούουσιν ὃν ἂν τύχῃ τῶν πολιτῶν ἀδίκως ἀπόλλυσιν; ἃ φυλακτέον ἐστίν, ὅπως μηδὲν ὑμῖν συμβήσεται τοιοῦτον, μηδ' ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐπιτιμήσαιτε τούτοις αὐτοὶ φανήσεσθε περιπίπτοντες. οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν ὅτι τῇ πόλει πολλάκις οὕτως ἤδη μετεμέλησε τῶν κρίσεων τῶν μετ' ὀργῆς καὶ μὴ μετ' ἐλέγχου γενομένων, ὥστ' οὐ πολὺν χρόνον διαλιποῦσα*

παρὰ μὲν τῶν ἐξαπατησάντων δίκην λαβεῖν ἐπεθύμησε, τοὺς δὲ διαβληθέντας ἡδέως ἂν εἶδεν ἄμεινον ἢ πρότερον πράττοντας. ὧν χρὴ μεμνημένους μὴ προπετῶς πιστεύειν τοῖς τῶν κατηγόρων λόγοις, μηδὲ μετὰ θορύβου καὶ χαλεπότητος ἀκροᾶσθαι τῶν ἀπολογουμένων. Antiph. V, 91.

p. 57 v. 3. *χρὴ δὲ καὶ διδάσκειν ὡς εὔηθές ἐστιν*] vide similes locos quos autor ipse dedit cap. 18, et quae Isocrat. l. c. porro §. 20—8. Demosth. in Ctesiphont. §. 160 p. 281 *ἃ πολλῶν μὲν ἕνεκ᾽ ἂν εἰκότως ἀκούσαιτέ μου, μάλιστα δὲ ὅτι αἰσχρόν ἐστιν ὦ ἄ. Ἀ. εἰ μὲν ἐγὼ τὰ ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων ὑπέμεινα, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε.* Egregium deliberativi generis exemplum Diodoti est adversus Cleonem disputantis III, 42 integrum caput comprehendens, e quo haec transferre licet: *χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀγαθὸν πολίτην μὴ ἐκφοβοῦντα τοὺς ἀντεροῦντας, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα, τὴν δὲ σώφρονα πόλιν τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι μὴ προστιθέναι τιμήν, ἀλλὰ μηδ᾽ ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης, καὶ τὸν μὴ τυχόντα γνώμης οὐχ ὅπως ζημιοῦν ἀλλὰ μηδ᾽ ἀτιμάζειν. οὕτω γὰρ ὅ τε κατορθῶν ἥκιστα ἂν ἐπὶ τῷ ἔτι μειζόνων ἀξιοῦσθαι παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγοι ὅ τε μὴ ἐπιτυχὼν ὀρέγοιτο τῷ αὐτῷ χαριζόμενός τι καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος.* I, 73 *τὰ δὲ Μηδικὰ καὶ ὅσα αὐτοὶ ξύνιστε, εἰ καὶ δι᾽ ὄχλου μᾶλλον ἔσται, ἀεὶ προβαλλομένοις ἀνάγκη λέγειν· καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ἐκινδυνεύετο, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε, τοῦ δὲ λόγου μὴ παντός, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκώμεθα.* adde Demosth. prooemia 4. 5. De eo qui causam dicit Andocid. I §. 7 *ὁπότ᾽ οὖν ἤδη πολλὰ τοιαῦτα γεγένηνται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστι μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους πιστοὺς ἡγεῖσθαι. εἰ μὲν γὰρ δεινὰ κατηγόρηται ἢ μή, οἷόν τε γνῶναι ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου λόγων, εἰ δὲ ἀληθῆ ταῦτ᾽ ἐστιν ἢ ψευδῆ, οὐχ οἷόν τε ὑμᾶς*

ipsum regulas dedisse ex iisque orationem composuisse dixeris; atque hoc exemplum iam veteres laudarunt, incertus rhetor in Notices et extraits tom. XIV, 189 *χρήσιμον δὲ [διὰ] καὶ νέον εἰς παίδευσιν ἀναφέρειν ἢ [εἶναι] γένεσιν, καὶ ὅτι οὐδὲν κωλύει καὶ τοὺς νέους εἰδέναι τι τῶν χρησίμων, ὡς ὁ παρ' Ἰσοκράτει Ἀρχίδαμος.* Theophilus ap. Fabric. XIII, 675: *ἐκ μὲν οὖν τῶν προσώπων τοιάδε ἀντιπίπτειν ἐνδέχεται, οἷον φέρε εἰπεῖν· τίς ὢν λέγεις καὶ πρὸς τίνας, εἰ νεώτερος πρὸς πρεσβυτέρους συνέσει τε καὶ σοφίᾳ κεκοσμημένους, ὃ μάλιστα τῷ Ἰσοκράτει διώκεται ἐν Ἀρχιδάμῳ.* vid. locum supra ad cap. 18 allatum. Busirid. §. 50.

v. 20. *καὶ ἐκ τοῦ προσήκοντος τούτῳ, λέγω δ' οἷον ὑπὲρ λαμπαδαρχίας ἢ ὑπὲρ γυμνασίου ἢ ὑπὲρ ὅπλων ἢ ἵππων ἢ περὶ πολέμου· τούτων γὰρ οὐχ ἐλάχιστον μέρος τῷ νέῳ μέτεστιν]* haec quod ad postremum, *πόλεμον*, attinet, paucis argumentum indicant eorum quae Archidamus dicit; ut enim initio §. 1—2 *ἐρημίαν τῶν ἀξίως τῆς πόλεως συμβουλευόντων* causatus est, ita nunc haec pronunciat §. 3 *ἡγοῦμαι δ' εἰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων πρέπει τοὺς τηλικούτους σιωπᾶν, περί γε τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προσήκειν τούτους μάλιστα συμβουλεύειν, οἵ περ καὶ τῶν κινδύνων πλεῖστον μέρος μεθέξουσιν, ἄλλως τε δὴ καὶ τοῦ γνῶναί τι τῶν δεόντων ἐν κοινῷ καθεστῶτος ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀποδεδειγμένον, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους περὶ ἁπάντων εἰδέναι τὸ βέλτιστον, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ περὶ ἑνὸς ὀρθῶς γιγνώσκειν, καλῶς ἂν εἶχεν ἀπείργειν ἡμᾶς τοῦ συμβουλεύειν. ἐπειδὴ δ' οὐ τῷ πλήθει τῶν ἐτῶν πρὸς τὸ φρονεῖν εὖ διαφέρομεν ἀλλήλων, ἀλλὰ τῇ φύσει καὶ ταῖς ἐπιμελείαις, πῶς οὐκ ἀμφοτέρων χρὴ τῶν ἡλικιῶν πεῖραν λαμβάνειν, ἵν' ἐξ ἁπάντων ὑμῖν ἐξῇ τῶν ῥηθέντων ἑλέσθαι τὰ συμφορώτατα.* vides ex hoc loco sumpta esse verba nostri autoris *ῥητέον δὲ καὶ ὡς εἰ μήπω καθ' ἡλικίαν τὸ φρονεῖν*

ἀλλὰ κατὰ φύσιν καὶ ἐπιμέλειαν. Aliud exemplum praebet Thucydides: Nicias VI, 12 Alcibiadis mores et iuventutem increpat εἴ τε τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ἄλλως τε καὶ νεώτερος ἔτι ὢν ἐς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι, νομίσατε δὲ τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν, τὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν, καὶ τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἷον νεωτέρῳ βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι. haec refellens Alcibiades VI, 16—18, postquam quae effecerit narravit, sic concludit cap. 17 καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέπουσιν ὡμίλησε καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχομένη ἔπεισε, καὶ νῦν μὴ πεφόβησθε αὐτήν, ἀλλ᾽ ἕως ἐγώ τε ἔτι ἀκμάζω μετ᾽ αὐτῆς καὶ ὁ Νικίας εὐτυχὴς δοκεῖ εἶναι, ἀποχρήσασθε τῇ ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελίᾳ.

p. 58 v. 2. ἐμφανιστέον δὲ καὶ ὡς ἁμαρτόντι μὲν ἴδιον τὸ ἀτύχημα, κατορθώσαντι δὲ κοινὴ ἡ ὠφέλεια] Archidamus ibidem §. 5 pergens θαυμάζω δὲ ὅσοι τριήρων μὲν ἡγεῖσθαι καὶ στρατοπέδων ἄρχειν ἀξιοῦσιν ἡμᾶς, ὑπὲρ ὧν μὴ καλῶς βουλευσάμενοι πολλαῖς ἂν συμφοραῖς καὶ μεγάλαις τὴν πόλιν περιβάλοιμεν, εἰπεῖν δ᾽ ἃ γιγνώσκομεν περὶ ὧν ὑμεῖς μέλλετε κρίνειν [scrib. κρινεῖν] οὐκ οἴονται δεῖν ἡμᾶς, ἐν οἷς κατορθώσαντες μὲν ἅπαντας ἂν ὠφελήσαιμεν, διαμαρτόντες δὲ τῆς ὑμετέρας γνώμης αὐτοὶ μὲν ἴσως φαυλότεροι δόξομεν εἶναι, τὸ δὲ κοινὸν οὐδὲν ἂν ζημιώσαιμεν. Alcibiades VI, 16 ὧν γὰρ πέρι ἐπιβόητός εἰμι, τοῖς μὲν προγόνοις μου καὶ ἐμοὶ δόξαν φέρει ταῦτα, τῇ δὲ πατρίδι καὶ ὠφελίαν. Antisthenis Ulyxes: καίτοι ἐν μὲν ταῖς κοιναῖς μάχαις οὐδὲ εἰ καλῶς ἀγωνίζοισθε πλέον ἐγίγνετο οὐδέν·

ἐν δὲ τοῖς ἐμοῖς κινδύνοις, οὓς ἐγὼ μόνος ἐκινδύνευον, εἰ μὲν κατορθώσαιμι, ἅπαντα ὑμῖν ἐπετελεῖτο ὧν ἕνεκα δεῦρο ἀφίγμεθα· εἰ δὲ σφαλείην [scrib. δ' ἐσφάλην], ἐμοῦ ἂν ἑνὸς ἀνδρὸς ἐστέρησθε.

v. 4. γέροντι δὲ προφασιστέον λέγοντι] Isocrates in Panathenaico, sed alia ex causa, quod elocutionis exornationes non eadem ratione qua iuvenis elaborare posset; Nicias ap. Thucyd. VI, 9—14 seniores adhortans, ut iuniorum audaciae et temeritati resistant ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναρριπτούσης. Incertus rhetor in Notices tom. XIV, 189 ἐὰν δὲ παλαιός, λέγε ὅτι οὐ δεῖ τούτων [fortasse τοῦτο] μέμφεσθαι, ἀλλ' εἰ πεποίηκε τοῦτο δεικτέον, ἢ εἰ μή ἐστιν ἀληθῆ. ἀλλ' οὔτι [fortasse ἀληθές, ἄλλο τι] καθόλου λέγε· πρὸς μὲν γὰρ τὰ διαβεβλημένα πάνυ πειρῶ προάγειν ἀπολογίαν ἣν ἂν δύναιο, εἰ δὲ μή, πάρες τὸν περὶ τούτου λόγον· ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ τὸν κατήγορον ἔλαττον ἢ πρὸς πίστιν εἰρηκέναι, τὰ δὲ σαθρότερα ἀνατρέπειν πειρῶ.

v. 9. πρότερον δὴ λέγοντα] δὴ sensu caret, δεῖ M, unde ἀεί, quod convenit, restituimus; sic Arist. Polit. IV, 11 pag. 1296, 7 etiam nunc legitur δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι βελτίω τὴν ἐγγύτατα ταύτης, χείρω δὲ τὴν ἀφεστηκυῖαν τοῦ μέσου πλεῖον. scribe ἀεί.

v. 10. τῷ δὲ μὴ εἰθισμένῳ] desunt mihi ex hoc genere exempla: nam Demosth. Phil. I et similia parum probant, sed quae supra de iuvene dixit, huc referas. Ex iudiciali genere Antiphont. tetral. II, β νῦν δὲ φανερόν μοι ὅτι αὗταί αἱ συμφοραὶ καὶ χρεῖαι τούς τε ἀπράγμονας εἰς ἀγῶνας ... τούς τε ἡσυχίους τολμᾶν τά τε ἄλλα παρὰ φύσιν λέγειν καὶ δρᾶν βιάζονται. ἐγὼ γὰρ ἥκιστα τοιοῦτος ὢν καὶ βουλόμενος εἶναι, εἰ μὴ πολύ γε ἔψευσμαι, ὑπ' αὐτῆς τῆς συμφορᾶς ἠναγκάσθην παρὰ τὸν ἄλλον τρόπον ὑπὲρ πραγμάτων ἀπολογεῖσθαι, ὧν ἐγὼ χαλεπῶς μὲν τὴν ἀκρι-

βειαν ἔγνων, ἔτι δὲ ἀπορωτέρως διάκειμαι ὡς χρὴ ὑμῖν ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. conf. adversarii oratio §. 1. Demosth. in Aristocr. §. 4—5 *οὐχὶ τῶν ἐνοχλούντων ὑμᾶς οὐδὲ τῶν πολιτευομένων καὶ πιστευομένων παρ' ὑμῖν... ἐγὼ γοῦν, ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας, ἀπώκνησ' ἂν εὖ ἴστε καὶ αὐτὸς τὴν γραφὴν ταύτην ἀπενεγκεῖν, εἰ μὴ πάνυ τῶν αἰσχρῶν ἐνόμιζον εἶναι νῦν μὲν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ σιωπῆσαι πρᾶγμα ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει κατασκευάζοντας ὁρῶν τινας ἀνθρώπους.*

v. 15. *αἱ δὲ περὶ τὸ πρᾶγμα γίνονται μὲν ὅταν τις ἡσυχίαν πρὸς τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας ἢ πρὸς τοὺς κρείττονας συμβουλεύῃ*] sic Nicias VI, 9 Atheniensibus bellum contra Siculos *μηδὲν ἀδικοῦντας* dissuadens haud gratus est, sed *διαβεβλημένος*. similia vid. in Isocrat. orat. de pace §. 5 seqq. at hoc loco universalis requiritur sententia, neque unquam Athenienses se *μηδὲν ἀδικοῦσι* bellum inferre dicere audebant; quaerebant causas et praetextus quibus eos *ἀδικοῦντας* esse simularent; unde negationem *μηδὲν* delendam esse apparet. Autor et hic Isocratis Archidamum intelligere videtur.

v. 20. *ἔπειτα τὴν αἰτίαν εἰς τὴν ἀνάγκην καὶ τὴν τύχην καὶ τοὺς καιροὺς καὶ τὸ συμφέρον ἀναφέρειν*] Isocr. Archidamus §. 34 *λέγουσι δὲ οἱ συμβουλεύοντες ἡμῖν ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην, ὡς χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων εὐτυχοῦντας καὶ δυστυχοῦντας, ἀλλὰ πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ βουλεύεσθαι καὶ ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν καὶ μὴ μεῖζον φρονεῖν τῆς δυνάμεως, μηδὲ τὸ δίκαιον ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀλλὰ τὸ συμφέρον ζητεῖν,* quorum sententiam deinceps refellit. Diodotus contra Cleonem pro Mytilenaeis causam dicens III, 44. Aeschines *περὶ παραπρ.* §. 130—3.

p. 59 v. 2. *ἐὰν μὲν οὖν μακρὸς ᾖ, τὸ πλῆθος αἰτιατέον*

τῶν πραγμάτων] Lacedaemonii ap. Thuc. IV, 17 *τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκοῦσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δὲ ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν.* Demosth. exord. 4 *ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' εἴωθα μακρολογεῖν, οὔτ' ἂν εἰ τὸν ἄλλον εἰώθειν χρόνον, νῦν ἐχρησάμην τούτῳ, ἀλλ' ἃ συμφέρειν ὑμῖν νομίζω, ταῦτα ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς.*

v. 3. *ἐὰν δὲ ἀρχαῖος, διδακτέον ὅτι νῦν καιρὸς αὐτοῦ εἴη*] Aeschines in Timarch. §. 4 *οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὦ ἄνδρες 'Α. ὅτι ἃ μέλλω ἐν πρώτοις λέγειν φανεῖσθε καὶ ἑτέρων ἤδη πρότερον ἀκηκοότες, ἀλλά μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι καὶ ἐμὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ χρήσασθαι.* in Ctesiph. §. 53 *ταῦτα μὲν οὖν μοι δοκῶ καὶ τἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια ὑπερβήσεσθαι, οὐ προδιδοὺς ὑμᾶς οὐδὲ τὸν ἀγῶνα καταχαριζόμενος, ἀλλ' ἐκεῖνο φοβούμενος, μή μοι παρ' ὑμῶν ἀπαντήσῃ τὸ δοκεῖν μὲν ἀληθῆ λέγειν, ἀρχαῖα δὲ καὶ λίαν ὁμολογούμενα.* Demosth. exord. 48. *ἴσως ὀχληρὸς ὦ ἄ. 'Α. τισιν ὑμῶν εἶναι δοκῶ πολλάκις λέγων περὶ τῶν αὐτῶν ἀεί. ἀλλ' ἐὰν ὀρθῶς σκοπῆτε, οὐκ ἐγὼ φανήσομαι τούτου δίκαιος ὢν ἔχειν τὴν αἰτίαν, ἀλλ' οἱ μὴ πειθόμενοι τοῖς ὑμετέροις ψηφίσμασιν.* ut Lycurg. in Leocr. §. 16. Isocrat. Paneg. §. 74. Phil. §. 11 seqq. *τὰ παλαιὰ* quoque elocutionis opera nova ratione, *καινῶς*, tractari posse, Isocrat. docet Paneg. §. 8 ubi vid. interpp.

v. 4. *εἰ δὲ ἀπίθανος, ὑπισχνεῖσθαι δεῖ ὡς ἀληθῆ ἐπιδείξεις ἐπὶ τοῦ λόγου*] Incertus rhetor in Notices de la Bibl. tom. XIV, 189 *ἐὰν δὲ δοκῇς ἄπιστα λέγειν, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπισημαίνου, καὶ ἐπαγγέλλου δείξειν ὅτι ἀληθῆ λέγεις, ὡς ὁ Δημοσθένης* (622, 29)· *οὐκ ἀγνοῶ μὲν οὖν ὅτι τὸν Χαρίδημον.* Hermocrates ap. Thucyd. VI, 33 *ἄπιστα μὲν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινές, δόξω ὑμῖν περὶ τοῦ*

ἐπίπλου τῆς ἀληθείας λέγειν, καὶ γιγνώσκω ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι ἢ λέγοντες ἢ ἀπαγγέλλοντες οὐ μόνον οὐ πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες δοκοῦσιν εἶναι. ὅμως δὲ οὐ καταφοβηθεὶς ἐπισχήσω, κινδυνευούσης τῆς πόλεως, πείθων γε ἐμαυτὸν σαφέστερόν τι ἑτέρου εἰδὼς λέγειν.

v. 6. *τάξομεν δὲ πῶς*] offendit interrogatio, exspectamus *ὧδε* vel *οὕτως*. mirum cap. 32 *τάττειν δὲ αὐτὰς ὧδε δεῖ* meliores libros *ὡς* praestare, ut utrique loco idem inesse videatur.

v. 10. *ἐὰν δὲ διαβολή τις ᾖ τῶν προειρημένων περὶ ἡμᾶς*] si principium adhibere non licet, insinuatione utere, quod docet ante ceteros aut. ad Herenn. I cap. 6. Diodotus ap. Thucyd. III, 42—3 primum Cleonis calumnias confutat, tum cap. 44 *πρόθεσιν* affert.

CAPUT XXX.

v. 17. *ἀπαγγέλλειν ἢ ἀναμιμνήσκειν*] ne posterius verbum insertum esse credas, autor narrationem *πρεσβείας*, de qua *ἀπαγγέλλειν* dicit, distinguit ab illa quam ipsi *δημηγοροῦντες* facimus, eaque ex praeterito tempore hic *ἀναμιμνήσκειν*, paulo post *τῶν παρεληλυθότων τι διεξιέναι*, ex praesenti *δηλοῦν*, ex futuro *προλέγειν* dicitur; fine capitis *τὰς ἀπαγγελίας καὶ τὰς δηλώσεις καὶ τὰς προῤῥήσεις* primum vocabulum utrumque, et legationis et alius rei factae narrationem, comprehendit; ita et cap. 31. conf. Rhet. gr. VII, 729. Conf. Alcibiadis narratio ad Lacedaem. Thucyd. VI, 90.

Autor noster narrationem deliberativae orationi tribuit; id vituperat Aristoteles Rhet. III, 13 *νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως· διήγησις γάρ που τοῦ δικανικοῦ μόνου λόγου ἐστίν, ἐπιδεικτικοῦ δὲ καὶ δημηγορικοῦ πῶς ἐνδέχεται εἶναι διήγησιν οἵαν λέγουσιν, ἢ τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον ἢ ἐπίλογον τῶν ἀποδεικτικῶν;* et tamen Aristotelem nostri libri autorem esse somniant, conf. III, 16.

v. 18. *μερίζοντα*] necessario multitudinis numerus erat reponendus, sed nescio quid sit vereorque ne abundet; saepius infra eadem repetit, ubi nusquam hanc notionem invenies additam.

v. 19. *ὅταν μὲν οὖν πρεσβείαν ἀπαγγέλλωμεν*] conf. Aeschinis *παραπρεσβ.* §. 49 seqq. utraque et Aeschinis et Demosthenis oratio talem *ἀπαγγελίαν* praebet. Demosth. §. 29—71. Aesch. de prima legatione §. 20—44, de secunda §. 96—117. adde quae in oratt. in Ctesiphontem et pro Ctesiphonte de iisdem rebus exponuntur; ita enim narrant, ut alter adversarium ubique suspectum seque, ne in re haud grata populo ingratus fiat, omnium expertem reddat, alter simpliciter quae facta sint tradens suspiciones extenuet atque diluat; ille enim *ἀποτετυχηκότας* esse Athenienses eorum quae vellent, ipsumque legatum *διαμαρτεῖν τῆς πράξεως διὰ ῥᾳθυμίαν* Aeschinis sociorumque et proditionem, hic vero id *δι' ἄλλας αἰτίας τινὰς* factum esse studet probare. id qua arte sit factum, maxime perspicies, si quatuor illae orationes accurate excutiuntur. Haud iniucunda lectu est Demosthenis ratio *τοῦ πρεσβείαν ἀπαγγέλλειν*, quam adversarius *παραπρ.* §. 49—53 refert.

v. 22. *ἐπειδ' ὅπως ἂν μὲν ἀποτετυχηκότες ὦμεν*] quod Demosthenis et Aeschinis orationes de legatione optime docent. conf. Lysias XXI, 10 *καὶ ταῦτα οὐκ ἀπὸ τύχης ἐγένετο, ἀλλ' ἀπὸ παρασκευῆς τῆς ἐμῆς· εἶχον γὰρ κτλ.*

p. 60 v. 9. *δεῖ τούτων ἕκαστον ποιεῖν βραχέως καὶ σαφῶς καὶ μὴ ἀπίστως*] hanc doctrinam dedit Isocrates, autore Quintiliano IV, 2: *nunc quae sit narrandi ratio subiungam . . . eam plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam brevem verisimilem . . . eadem nobis placet divisio, quamquam et Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit, praeceptum brevitatis irridens tanquam necesse sit longam aut brevem esse expositionem nec liceat ire per medium.* vid.

art. script. pag. 168. Isocratem secuti sunt aut. ad Herenn. I c. 9, Cicero Rhet. I, 20 qui alia habet de orat. II, 80 et Top. §. 97, incertus rhetor in Notices XIV, 191—5 qui egregia exhibet, Theon progymn. 4. Iul. Victor p. 244. Rufus III, 452. Rhetor. gr. III, 665. Doxopater II, 119 qui Coracem huius doctrinae autorem esse dicit, alii in rhet. ant. lat.; male his tribus *ἑλληνισμὸν* addit Aphthonius p. 61, Doxopater II, 134, anonymus III, 665. Theodectes ut sit iucunda addidit, alii *μεγαλοπρέπειαν*, alii *ἐνάργειαν*[1]), Theodorei solam verisimilitudinem retinuerunt, alii aliam probarunt rationem, vid. Quint. Hermog. de invent. II, 7. Longinus ap. Apsinem IX, 556. VII, 26. Apsines IX, 494—502, conf. Vossii instit. orat. III, 3.

Praeceptum ut narratio sit brevis, oratores observant et haud raro ipsi indicant. Lysias XII, 3 *ὅμως δὲ πειράσομαι ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς ὡς ἂν δύνωμαι δι' ἐλαχίστων διδάξαι.* XVI, 9 *ποιήσομαι δὲ τὴν ἀπολογίαν ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων.* Isaeus VII, 4. Isocrat. Areopag. §. 19 *ἐγὼ δ' ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα περὶ ἀμφοτέρων τούτων πειράσομαι διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς.* scil. §. 20—36. idem Archidam. exposita narratione §. 17—23 baec addit §. 24 *ἀκριβῶς μὲν οὐ διῆλθον· ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς οὐκ ἐᾷ μυθολογεῖν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἦν συντομώτερον ἢ σαφέστερον διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν.* non brevis est de bigis §. 4, Trapezit. §. 3—24, brevissima vero Antiph. VI, 11—15. in Olympiodorum §. 4 p. 1168 *ἔστι δὲ βραχὺς ὁ λόγος*, at est longa narratio §. 5—32. *διὰ βραχυτάτων* adv. Conon. §. 2 p. 1257. 814 §. 3. 945 §. 3. 968. 1102. *ἐν βραχέσι* in

---

[1]) de elocutione haec intelligenda sunt, non de narratione: illius enim quatuor esse virtutes tradunt Rhet. gr. VI, 36 *ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πιθανότης.* item VI, 587 ubi *μεγαλοπρέπεια*, non *ἑλληνισμὸς* dicitur.

πρότερον εἰδέναι πρὶν ἂν καὶ ἐμοῦ ἀκούσητε ἀπολογουμένου. quam sententiam Isocrates amplificans sic transtulit Antid. §. 17 *δέομαι οὖν ὑμῶν μήτε πιστεύειν πω μήτ' ἀπιστεῖν τοῖς εἰρημένοις, πρὶν ἂν διὰ τέλους ἀκούσητε καὶ τὰ παρ' ἡμῶν, ἐνθυμουμένους ὅτι οὐδὲν ἂν ἔδει δίδοσθαι τοῖς φεύγουσιν ἀπολογίαν, εἴ περ οἷόν τ' ἦν ἐκ τῶν τοῦ διώκοντος λόγων ἐψηφίσθαι τὰ δίκαια. νῦν δ' εἰ μὲν εὖ τυγχάνει κατηγορηκὼς ἢ κακῶς, οὐδεὶς ἂν τῶν παρόντων ἀγνοήσειεν, εἰ δὲ ἀληθέσι κέχρηται τοῖς λόγοις, οὐκέτι τοῦτο τοῖς κρίνουσι γνῶναι ῥᾴδιον ἐξ ὧν ὁ πρότερος εἴρηκεν, ἀλλ' ἀγαπητὸν ἦν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν λόγων ἐκλαβεῖν δυνηθῶσι τὸ δίκαιον.*

v. 6. *δεῖ δὲ καὶ ἐπαγγέλλεσθαι [καὶ ὑπισχνεῖσθαι] δίκαια καὶ συμφέροντα καὶ καλὰ ἐπιδείξειν ἃ ὑπέσχου συμβουλεύειν]* id nunquam omittunt orâtores, sed ubique prae se ferunt.

v. 12. *ἐάν τε γὰρ νέος παντελῶς ἐάν τε πρεσβύτης δημηγορῇ, δυσχεραίνεται]* Andocides IV, 21 de Alcibiade *αἴτιοι δ' ὑμεῖς οὐ τιμωρούμενοι τοὺς ὑβρίζοντας, καὶ τοὺς μὲν λάθρᾳ ἀδικοῦντας κολάζοντες, τοὺς δὲ φανερῶς ἀσελγαίνοντας θαυμάζοντες. τοιγάρτοι τῶν νέων αἱ διατριβαὶ οὐκ ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀλλ' ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἰσί, καὶ στρατεύονται μὲν οἱ πρεσβύτεροι, δημηγοροῦσι δὲ οἱ νεώτεροι παραδείγματι τούτῳ χρώμενοι.*

v. 14. *ἔπειτα ἐὰν συνεχῶς εἰώθῃ λέγειν, πολυπράγμων γὰρ εἶναι δοκεῖ οὗτος]* Aeschines in Ctesiph. §. 220 *ἐπιτιμᾷς δέ μοι, εἰ μὴ συνεχῶς ἀλλὰ διαλείπων πρὸς τὸν δῆμον προσέρχομαι, καὶ τὴν ἀξίωσιν ταύτην οἴει λανθάνειν ἡμᾶς μεταφέρων οὐκ ἐκ δημοκρατίας ἀλλ' ἐξ ἑτέρας πολιτείας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις οὐχ ὁ βουλόμενος ἀλλ' ὁ δυναστεύων κατηγορεῖ, ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις ὁ βουλόμενος καὶ ὅταν αὐτῷ δόξῃ. καὶ τὸ μὲν διὰ χρόνου λέγειν σημεῖόν ἐστιν ἐπὶ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ συμφέροντος*

ἀνδρὸς πολιτευομένου, τὸ δὲ μηδεμίαν παραλείπειν ἡμέραν ἐργαζομένου καὶ μισθαρνοῦντος. conf. Dem. §. 307 seq. ubi est *ὁπηνίκ' ἐστὲ μεστοὶ τοῦ συνεχῶς λέγοντος*.

v. 17. *ἐκ μὲν οὖν τοῦ παρόντος χρόνου διαβολαὶ περὶ τὸν δημηγοροῦντα τοιαῦται γενήσονται*] sic meliores libri pro *οὕτω τοι διαβολαὶ π. τ. δ. γ.* quod certe in *οὕτως αἱ διαβολαὶ* mutandum esset. cap. 36 *περὶ μὲν οὖν αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου τοιαῦται γενήσονται διαβολαί*.

v. 19. *προφασίζεσθαι δὲ ὑπὲρ αὐτῶν δεῖ τὸν μὲν νεώτερον ἐκ τῆς ἐρημίας τῶν συμβουλευόντων*] mire se defendit de hac re Mantitheus apud Lysiam XVI, 20 in fine orationis *ἤδη δέ τινων ᾐσθόμην ὦ βουλὴ καὶ διὰ ταῦτα ἀχθομένων μοι, ὅτι νεώτερος ὢν ἐπεχείρησα λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠναγκάσθην ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ πραγμάτων δημηγορῆσαι, ἔπειτα μέντοι καὶ ἐμαυτῷ δοκῶ φιλοτιμότερον διατεθῆναι τοῦ δέοντος ἅμα μὲν τῶν προγόνων ἐνθυμούμενος, ὅτι οὐδὲν πέπαυνται τὰ τῆς πόλεως πράττοντες, ἅμα δὲ ὑμᾶς ὁρῶν (τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν) τούτους μόνους ἀξίους νομίζοντας εἶναι, ὥστε ὁρῶν ὑμᾶς ταύτην τὴν γνώμην ἔχοντας τίς οὐκ ἂν ἐπαρθείη πράττειν καὶ λέγειν ὑπὲρ τῆς πόλεως; ἔτι δὲ τί ἂν τοῖς τοιούτοις ἄχθοισθε; οὐ γὰρ ἕτεροι περὶ αὐτῶν κριταί εἰσιν ἀλλ' ὑμεῖς*. Ex iudiciali genere exemplum est Antiphont. I, 1 *νέος μὲν καὶ ἄπειρος δικῶν ἔγωγε ἔτι, δεινῶς δὲ καὶ ἀπόρως ἔχει μοι περὶ τοῦ πράγματος* ubi Maetzner p. 127 laudat Isaeum VIII, 2 (quae et ap. Demosth. adv. Aphob. §. 2) et Isaei fragm. V, 2 *δέομαι οὖν ὑμᾶς συγγνώμην ἔχειν, εἰ καὶ νεώτερος ὢν λέγειν ἐπὶ δικαστηρίου τετόλμηκα· διὰ γὰρ τοὺς ἀδικοῦντας ἀναγκάζομαι παρὰ τὸν ἐμαυτοῦ τρόπον τοιοῦτόν τι ποιεῖν*. At factum est hoc praeceptum et quae sequuntur de iuvene ex Isocratis Archidamo, nisi potius, quod equidem verum puto, hunc

ipsum regulas dedisse ex iisque orationem composuisse dixeris; atque hoc exemplum iam veteres laudarunt, incertus rhetor in Notices et extraits tom. XIV, 189 *χρήσιμον δὲ [διὰ] καὶ νέον εἰς παίδευσιν ἀναφέρειν ἢ [εἶναι] γένεσιν, καὶ ὅτι οὐδὲν κωλύει καὶ τοὺς νέους εἰδέναι τι τῶν χρησίμων, ὡς ὁ παρ' Ἰσοκράτει Ἀρχίδαμος.* Theophilus ap. Fabric. XIII, 675: *ἐκ μὲν οὖν τῶν προσώπων τοιάδε ἀντιπίπτειν ἐνδέχεται, οἷον φέρε εἰπεῖν· τίς ὢν λέγεις καὶ πρὸς τίνας, εἰ νεώτερος πρὸς πρεσβυτέρους συνέσει τε καὶ σοφίᾳ κεκοσμημένους, ὃ μάλιστα τῷ Ἰσοκράτει διώκεται ἐν Ἀρχιδάμῳ.* vid. locum supra ad cap. 18 allatum. Busirid. §. 50.

v. 20. *καὶ ἐκ τοῦ προσήκοντος τούτῳ, λέγω δ' οἷον ὑπὲρ λαμπαδαρχίας ἢ ὑπὲρ γυμνασίου ἢ ὑπὲρ ὅπλων ἢ ἵππων ἢ περὶ πολέμου· τούτων γὰρ οὐχ ἐλάχιστον μέρος τῷ νέῳ μέτεστιν*] haec quod ad postremum, *πόλεμον*, attinet, paucis argumentum indicant eorum quae Archidamus dicit; ut enim initio §. 1—2 *ἐρημίαν τῶν ἀξίως τῆς πόλεως συμβουλευόντων* causatus est, ita nunc haec pronunciat §. 3 *ἡγοῦμαι δ' εἰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων πρέπει τοὺς τηλικούτους σιωπᾶν, περί γε τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προσήκειν τούτους μάλιστα συμβουλεύειν, οἵ περ καὶ τῶν κινδύνων πλεῖστον μέρος μεθέξουσιν, ἄλλως τε δὴ καὶ τοῦ γνῶναί τι τῶν δεόντων ἐν κοινῷ καθεστῶτος ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀποδεδειγμένον, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέρους περὶ ἁπάντων εἰδέναι τὸ βέλτιστον, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ περὶ ἑνὸς ὀρθῶς γιγνώσκειν, καλῶς ἂν εἶχεν ἀπείργειν ἡμᾶς τοῦ συμβουλεύειν. ἐπειδὴ δ' οὐ τῷ πλήθει τῶν ἐτῶν πρὸς τὸ φρονεῖν εὖ διαφέρομεν ἀλλήλων, ἀλλὰ τῇ φύσει καὶ ταῖς ἐπιμελείαις, πῶς οὐκ ἀμφοτέρων χρὴ τῶν ἡλικιῶν πεῖραν λαμβάνειν, ἵν' ἐξ ἁπάντων ὑμῖν ἐξῇ τῶν ῥηθέντων ἑλέσθαι τὰ συμφορώτατα.* vides ex hoc loco sumpta esse verba nostri autoris *ῥητέον δὲ καὶ ὡς εἰ μήπω καθ' ἡλικίαν τὸ φρονεῖν*

ἀλλὰ κατὰ φύσιν καὶ ἐπιμέλειαν. Aliud exemplum praebet Thucydides: Nicias VI, 12 Alcibiadis mores et iuventutem increpat *εἴ τε τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ἄλλως τε καὶ νεώτερος ἔτι ὢν ἐς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι, νομίσατε δὲ τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν, τὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν, καὶ τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἷον νεωτέρῳ βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι.* haec refellens Alcibiades VI, 16—18, postquam quae effecerit narravit, sic concludit cap. 17 *καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέπουσιν ὡμίλησε καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχομένη ἔπεισε, καὶ νῦν μὴ πεφόβησθε αὐτήν, ἀλλ' ἕως ἐγώ τε ἔτι ἀκμάζω μετ' αὐτῆς καὶ ὁ Νικίας εὐτυχὴς δοκεῖ εἶναι, ἀποχρήσασθε τῇ ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελίᾳ.*

p. 58 v. 2. *ἐμφανιστέον δὲ καὶ ὡς ἁμαρτόντι μὲν ἴδιον τὸ ἀτύχημα, κατορθώσαντι δὲ κοινὴ ἡ ὠφέλεια*] Archidamus ibidem §. 5 pergens *θαυμάζω δὲ ὅσοι τριήρων μὲν ἡγεῖσθαι καὶ στρατοπέδων ἄρχειν ἀξιοῦσιν ἡμᾶς, ὑπὲρ ὧν μὴ καλῶς βουλευσάμενοι πολλαῖς ἂν συμφοραῖς καὶ μεγάλαις τὴν πόλιν περιβάλοιμεν, εἰπεῖν δ' ἃ γιγνώσκομεν περὶ ὧν ὑμεῖς μέλλετε κρίνειν* [scrib. *κρινεῖν*] *οὐκ οἴονται δεῖν ἡμᾶς, ἐν οἷς κατορθώσαντες μὲν ἅπαντας ἂν ὠφελήσαιμεν, διαμαρτόντες δὲ τῆς ὑμετέρας γνώμης αὐτοὶ μὲν ἴσως φαυλότεροι δόξομεν εἶναι, τὸ δὲ κοινὸν οὐδὲν ἂν ζημιώσαιμεν.* Alcibiades VI, 16 *ὧν γὰρ πέρι ἐπιβόητός εἰμι, τοῖς μὲν προγόνοις μου καὶ ἐμοὶ δόξαν φέρει ταῦτα, τῇ δὲ πατρίδι καὶ ὠφελίαν.* Antisthenis Ulyxes: *καίτοι ἐν μὲν ταῖς κοιναῖς μάχαις οὐδὲ εἰ καλῶς ἀγωνίζοισθε πλέον ἐγίγνετο οὐδέν·*

ἐν δὲ τοῖς ἐμοῖς κινδύνοις, οὓς ἐγὼ μόνος ἐκινδύνευον, εἰ μὲν κατορθώσαιμι, ἅπαντα ὑμῖν ἐπετελεῖτο ὧν ἕνεκα δεῦρο ἀφίγμεθα· εἰ δὲ σφαλείην [scrib. *δ' ἐσφάλην*], *ἐμοῦ ἂν ἑνὸς ἀνδρὸς ἐστέρησθε.*

v. 4. *γέροντι δὲ προφασιστέον λέγοντι*] Isocrates in Panathenaico, sed alia ex causa, quod elocutionis exornationes non eadem ratione qua iuvenis elaborare posset; Nicias ap. Thucyd. VI, 9—14 seniores adhortans, ut iuniorum audaciae et temeritati resistant *ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναρριπτούσης.* Incertus rhetor in Notices tom. XIV, 189 *ἐὰν δὲ παλαιός, λέγε ὅτι οὐ δεῖ τούτων* [fortasse *τοῦτο*] *μέμφεσθαι, ἀλλ' εἰ πεποίηκε τοῦτο δεικτέον, ἢ εἰ μή ἐστιν ἀληθῆ. ἀλλ' οὔτι* [fortasse *ἀληθές, ἄλλο τι*] *καθόλου λέγε· πρὸς μὲν γὰρ τὰ διαβεβλημένα πάνυ πειρῶ προάγειν ἀπολογίαν ἣν ἂν δύναιο, εἰ δὲ μή, πάρες τὸν περὶ τούτου λόγον· ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ τὸν κατήγορον ἔλαττον ἢ πρὸς πίστιν εἰρηκέναι, τὰ δὲ σαθρότερα ἀνατρέπειν πειρῶ.*

v. 9. *πρότερον δὴ λέγοντα*] *δὴ* sensu caret, *δεῖ* M, unde *ἀεὶ*, quod convenit, restituimus; sic Arist. Polit. IV, 11 pag. 1296, 7 etiam nunc legitur *δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι βελτίω τὴν ἐγγύτατα ταύτης, χείρω δὲ τὴν ἀφεστηκυῖαν τοῦ μέσου πλεῖον.* scribe *ἀεί.*

v. 10. *τῷ δὲ μὴ εἰθισμένῳ*] desunt mihi ex hoc genere exempla: nam Demosth. Phil. I et similia parum probant, sed quae supra de iuvene dixit, huc referas. Ex iudiciali genere Antiphont. tetral. II, *β νῦν δὲ φανερόν μοι ὅτι αὐταὶ αἱ συμφοραὶ καὶ χρεῖαι τούς τε ἀπράγμονας εἰς ἀγῶνας...τούς τε ἡσυχίους τολμᾶν τά τε ἄλλα παρὰ φύσιν λέγειν καὶ δρᾶν βιάζονται. ἐγὼ γὰρ ἥκιστα τοιοῦτος ὢν καὶ βουλόμενος εἶναι, εἰ μὴ πολύ γε ἔψευσμαι, ὑπ' αὐτῆς τῆς συμφορᾶς ἠναγκάσθην παρὰ τὸν ἄλλον τρόπον ὑπὲρ πραγμάτων ἀπολογεῖσθαι, ὧν ἐγὼ χαλεπῶς μὲν τὴν ἀκρι-*

βειαν ἔγνων, ἔτι δὲ ἀπορωτέρως διάκειμαι ὡς χρὴ ὑμῖν ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. conf. adversarii oratio §. 1. Demosth. in Aristocr. §. 4—5 *οὐχὶ τῶν ἐνοχλούντων ὑμᾶς οὐδὲ τῶν πολιτευομένων καὶ πιστευομένων παρ' ὑμῖν... ἐγὼ γοῦν, ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας, ἀπώκνησ' ἂν εὖ ἴστε καὶ αὐτὸς τὴν γραφὴν ταύτην ἀπενεγκεῖν, εἰ μὴ πάνυ τῶν αἰσχρῶν ἐνόμιζον εἶναι νῦν μὲν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ σιωπῆσαι πρᾶγμα ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει κατασκευάζοντας ὁρῶν τινας ἀνθρώπους.*

v. 15. *αἱ δὲ περὶ τὸ πρᾶγμα γίνονται μὲν ὅταν τις ἡσυχίαν πρὸς τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας ἢ πρὸς τοὺς κρείττονας συμβουλεύῃ*] sic Nicias VI, 9 Atheniensibus bellum contra Siculos *μηδὲν ἀδικοῦντας* dissuadens haud gratus est, sed *διαβεβλημένος*. similia vid. in Isocrat. orat. de pace §. 5 seqq. at hoc loco universalis requiritur sententia, neque unquam Athenienses se *μηδὲν ἀδικοῦσι* bellum inferre dicere audebant; quaerebant causas et praetextus quibus eos *ἀδικοῦντας* esse simularent; unde negationem *μηδὲν* delendam esse apparet. Autor et hic Isocratis Archidamum intelligere videtur.

v. 20. *ἔπειτα τὴν αἰτίαν εἰς τὴν ἀνάγκην καὶ τὴν τύχην καὶ τοὺς καιροὺς καὶ τὸ συμφέρον ἀναφέρειν*] Isocr. Archidamus §. 34 *λέγουσι δὲ οἱ συμβουλεύοντες ἡμῖν ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην, ὡς χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων εὐτυχοῦντας καὶ δυστυχοῦντας, ἀλλὰ πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ βουλεύεσθαι καὶ ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν καὶ μὴ μεῖζον φρονεῖν τῆς δυνάμεως, μηδὲ τὸ δίκαιον ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀλλὰ τὸ συμφέρον ζητεῖν,* quorum sententiam deinceps refellit. Diodotus contra Cleonem pro Mytilenaeis causam dicens III, 44. Aeschines *περὶ παραπρ.* §. 130—3.

p. 59 v. 2. *ἐὰν μὲν οὖν μακρὸς ᾖ, τὸ πλῆθος αἰτιατέον*

volemus, et si summatim non particulatim narrabimus, et si non ad extremum sed usque eo quo opus erit persequemur, et si transitionibus nullis utemur, et si non deerrabimus ab eo quod coeperimus exponere, et si exitus rerum ita ponemus, ut ante quae facta sint sciri possint, tametsi nos reticuerimus... et omnino non modo id quod obest, sed etiam id quod neque obest neque adiuvat, satius est praeterire, et ne bis aut saepius idem dicamus. Cicero l. c. Quintil. l. c. §. 40—51. incertus Rhetor l. l. qui dicit *τῆς συντομίας τοίνυν ἡ μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν, ἡ δ' ἐν ταῖς λέξεσιν* et utramque p. 191 seq. explanat.

Aristoteles Rhet. III, 16 hoc praeceptum vituperans: *νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν,* id de iudiciali oratione intelligit (praecedit enim ibi lacuna), noster vero haec tria in deliberativa observanda esse dicit, de qua Aristoteles ibidem *ἐν δὲ δημηγορίᾳ ἥκιστα διήγησίς ἐστιν, ὅτι περὶ μελλόντων οὐδεὶς διηγεῖται, ἀλλ' ἐάν περ ᾖ, τῶν γενομένων ἔσται, ἵν' ἀναμνησθέντες ἐκείνων βέλτιον βουλεύσωνται περὶ τῶν ὕστερον, ἀλλὰ τότε οὐ τὸ τοῦ συμβούλου ποιεῖ ἔργον.* et verum est quod philosophus dicit; nunquam igitur ipse, si autor esset huius libri, hoc loco illa doceret, ut non modo res, sed etiam rei positio ab Aristotelis sententia abhorreat. Anaximenes vero cap. 36 in genere iudiciali haec narrationis praecepta prorsus negligit; aut igitur huic generi non convenire censuit, aut ibi exciderunt, aut in utroque genere eadem esse iudicans infra non commemoravit; et primum prorsus ineptum, secundi nullum invenio vestigium, unde sequitur ut tertium probem.

v. 5. *οὐκ ἀπίστως δὲ*] aut. ad Herenn. l. c. *verisimilis narratio erit, si ut mos ut opinio ut natura postulat, dicemus, si spatia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt, ne referri possit aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum*

non fuisse, aut homines ipsos facere aut pati non potuisse. Si vera res erit, nihilo minus haec omnia narrando conservanda sunt; nam saepe veritas, nisi haec servata sint, fidem facere non potest. Sin erit ficta, eo magis erunt observanda. de iis rebus caute confingendum est, quibus in rebus tabulae aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuisse. Cicero l. c. Quintil. l. c. §. 52—60. incertus rhetor p. 193 seq. ex Alexandro, unde haec depromere licet: *πιθανὴ δὲ διήγησις γίνεται, εἰ πάντα ὅσα λέγει τις ἐξομοιοῦν πειρῷτο τοῖς ἀληθέσι· τοῦτο δέ φησι γένοιτο (ἄν), ἐὰν μὴ ψιλὰ τὰ πράγματα τιθῶμεν, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρια αὐτὰ (αὐτῶν?) προσλαμβάνωμεν ἐξ ὧν ἡ διήγησις πληροῦται... πρὸς τούτοις, εἰ ἀλλήλοις ὁμολογεῖ τὰ λεγόμενα καὶ μὴ διαφωνεῖ ἢ μάχεται... ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις αἰτίαν προσθετέον· ἐπακτικωτάτη γὰρ αὕτη πρὸς πειθώ. ποιεῖ δὲ πιθανότητα καὶ τὸ τοῦ λέγοντος ἦθος καὶ πάθος, καὶ τὸ μὲν ἦθος, φησίν, εἰ ἄπλαστον φαίνοιτο, τὸ δὲ πάθος οὐ μόνον πείθει, ἀλλὰ καὶ ἐξίστησι. ποιεῖ δὲ πιθανότητα καὶ περὶ αὐτοῦ μὲν κακόν τι εἰπεῖν μικρόν, περὶ δὲ τοῦ ἀντιδίκου ἀγαθὸν ὁμολογούμενον... συνεργεῖ δὲ πρὸς πειθὼ καὶ ἡ ἐνάργεια.*

v. 7. *ὅσα δ' ἂν λίαν ἄπιστα συμβαίνῃ, δεῖ παραλείπειν*] hoc praeceptum quod noster cum fide tradit, ceteri, nescio qua de causa, omittunt; vix enim ne improbi improba docentes viderentur, neglexerunt. oratores vero plerumque eo utuntur, quo fit, ut nobis, qui raro veram rei expositionem cognovimus, causas recte diiudicare et disceptare non liceat. Schol. in Hermog. V, 390. VII, 729 *ἰστέον δὲ ὅτι φανερῶν ὄντων τῶν πραγμάτων περιττὸν τὸ διηγεῖσθαι ὅπερ φασὶν ἐν δευτερολογίαις εὑρίσκεσθαι, ἢ ὅταν ἄδοξα τὰ πράγματα ᾖ.*

ἐὰν δὲ ἀναγκαῖον ᾖ λέγειν, εἰδότα δεῖ φαίνεσθαι, καὶ ἐπιπλέξαντα αὐτὰ τῷ τῆς παραλείψεως σχήματι ὑπερβάλλεσθαι καὶ προϊόντος τοῦ λόγου ἐπιδείξειν ἀληθῆ ὑπισχνεῖ-

σϑαι] haec ipsa de Demosthene Aeschines in Ctesiph. §. 205 pronunciat *ἐὰν δ' ὑμῶν δέηται συγχωρῆσαι αὐτῷ περὶ τῆς τάξεως τοῦ λόγου, κατεπαγγελλόμενος ὡς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ἀπολογίας λύσει τὸ παράνομον, μὴ συγχωρεῖτε, μηδ' ἀγνοεῖϑ' ὅτι πάλαισμα τοῦτ' ἔστι δικαστηρίου· οὐ γὰρ εἰσαῦϑίς ποτε βούλεται πρὸς τὸ παράνομον ἀπολογεῖσϑαι, ἀλλ' οὐδὲν ἔχων δίκαιον εἰπεῖν ἑτέρων παρεμβολῇ πραγμάτων εἰς λήϑην ὑμᾶς βούλεται τῆς κατηγορίας ἐμβαλεῖν.* conf. similia quae de dispositione apud Demosth. Hermogenes de invent. III, 2 pag. 100 sibi invenisse videtur.

v. 10. *ἐπιδείξειν ἀληϑὲς*] scribendum *ἀληϑῆ*, praecedit enim *ὅσα δ' ἂν λίαν ἄπιστα συμβαίνῃ*, item *ἐπιπλέξαντα αὐτά*, unde multitudinis numerus reponendus erat.

CAPUT XXXI.

v. 17. *τάξομεν δὲ αὐτὰς διὰ τριῶν τρόπων*] dispositionem ceteris magis autor noster curat; illi enim pauca et ut ad temporis casum disponat praecipiunt. Rhet. gr. V, 390. VII, 730 *ἡ δὲ τάξις τῆς διηγήσεως οὐκ ἀεὶ μετὰ τὰ προοίμια, ἀλλ' ἔσϑ' ὅτε καὶ μετὰ τὰς πίστεις καὶ ἐν τοῖς ἐπιλόγοις, ὡς Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου καὶ Δημοσϑένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου.* nunc plura de hac re ex Alexandro ab incerto rhetore docemur in Notices tom. XIV, 196 seq. falluntur de Timarchea, cuius argumentum Aeschines in fine his verbis *ἐδίδαξα τοὺς νόμους, ἐξήτασα τὸν βίον τοῦ κρινομένου* repetit; exordium sequuntur leges §. 4—36, tum Timarchi vita exponitur, ita ut confirmatio (primum *ὅτι ἡταίρηκε* §. 40—93, deinde *ὅτι κατεδήδοκε καὶ τὰ πάτρια καὶ τὰ κοινὰ* §. 94—115) et confutatio §. 116—184 inveniatur et admonitio ad virtutem exercendam usque ad conclusionem addatur.

v. 20. *ὅταν δὲ λίαν ὦσιν αἱ πράξεις πολλαὶ καὶ μὴ*

γνώριμοι, παρ' ἕκαστον συναπτὰς ποιήσομεν] coniicias autorem dicere plures res gestas coniungendas atque confirmandas esse, ut v. c. Aeschines quatuor *καιροὺς* adversus Demosthenem, quibus omnes res ab eo gestas comprehendit, affert. cap. 32 de eadem re *ὅταν μὲν οὖν συναπτὰς ποιῇς*, et cap. 36 in iudiciali genere quae hic dixit paucis sic repetit *κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὰς ἀπαγγελίας συνάψομεν τῷ προοιμίῳ καὶ ἢ περὶ τὰ μέρη πιστὰς καὶ δικαίας ἀποφανοῦμεν ἢ αὐτὰς ὑφ' αὑτῶν σωματοειδεῖς ποιησόμεθα.* ubi M *παρά.* haud dubie magis dilucidum foret, si scriptum esset *γνώριμοι, συναπτὰς ποιήσομεν καὶ παρ' ἕκαστον μέρος δικαίας.*

p. 62 v. 2. *ἐπὶ τῷ φροιμίῳ*] cap. 34 *φροιμιασάμενοι.* 35 *φροιμιαστέον*, idem cap. 37. ibidem *φροιμιασάμενοι.*

CAPUT XXXII.

v. 8. *ἔστι βεβαίωσις δι' ἧς*] sic recte M, nisi quod fortasse rectius *ἔσται*, ut in accusatoria specie cap. 36 *τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἔσται βεβαίωσις.*

In Areopagitico Isocrates qualis fuerit veteris democratiae status enarrat §. 20 — 35 et *πράξεις* dicit, quarum *αἰτίαι* i. e. confirmatio sequuntur §. 36 — 55.

v. 13. *καὶ τὰ ἐπενθυμήματα*] haud ignotum est rhetoribus *ἐπενθύμημα*, vid. Ernesti lex. techn. et Walzius in indice Rhet. gr. at autor noster non novit, hic ubique *ἐνθύμημα* solum agnoscit.

v. 14. *τάττειν δὲ αὐτὰς ὧδε δεῖ*] *ὧδε* raro quidem, sed tamen cap. 1 quater invenitur. codd. MV *ὡς*, unde *πῶς* coniicias, ut cap. 29 *τάξομεν δὲ πῶς; ἐὰν κτλ.* at ne ibi quidem probanda esse videtur interrogatio.

v. 19. *λαμβάνειν δὲ δεῖ τὰ παραδείγματα οἰκεῖα τῷ πράγματι καὶ τὰ ἐγγύτατα τοῖς ἀκούουσι χρόνῳ ἢ τόπῳ*] Demosth. Olynth. III, 23 p. 35 (item p. 172) veterum Athe-

niensium statum cum illo suae aetatis comparans, *καίτοι σκέψασθε ὦ ἄ. Ἀ. ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν. ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκείοις ὦ ἄ. Ἀ. εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι.* §. 23—29. de fals. legat. §. 269 *ἔστι δ' ὑμῖν ὦ ἄ. Ἀ. περὶ τούτων μόνοις τῶν πάντων ἀνθρώπων οἰκείοις χρῆσθαι παραδείγμασι καὶ τοὺς προγόνους οὓς ἐπαινεῖτε δικαίως ἔργῳ μιμεῖσθαι.* Isocrates de Euagora §. 77 *τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους προτρέπομεν ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν ἑτέρους ἐπαινοῦντες, ἵνα ζηλοῦντες τοὺς εὐλογουμένους τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμῶσιν· ἐγὼ δὲ σὲ καὶ τοὺς σοὺς οὐκ ἀλλοτρίοις παραδείγμασι χρώμενος ἀλλ' οἰκείοις παρακαλῶ καὶ συμβουλεύω προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως καὶ λέγειν καὶ πράττειν μηδενὸς ἧττον δυνήσει τῶν Ἑλλήνων.* Philipp. §. 113 *τούτου δ' ἕνεκά σοι περὶ τούτων διῆλθον, ἵνα γνῷς ὅτι σε τυγχάνω τῷ λόγῳ παρακαλῶν ἐπὶ τοιαύτας πράξεις, ἃς ἐπὶ τῶν ἔργων οἱ πρόγονοί σου φαίνονται κάλλιστα προκρίναντες. ἅπαντας μὲν οὖν χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας τὸν κράτιστον ὑποστησαμένους πειρᾶσθαι γίγνεσθαι τοιούτους, μάλιστα δὲ σοὶ προσήκει. τὸ γὰρ μὴ δεῖν ἀλλοτρίοις χρῆσθαι παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκεῖον ὑπάρχειν, πῶς οὐκ εἰκὸς ὑπ' αὐτοῦ σε παροξύνεσθαι καὶ φιλονικεῖν ὅπως τῷ προγόνῳ σαυτὸν ὅμοιον παρασκευάσεις;* e maioribus proximum patrem, ultimum Herculem §. 105—12 contulit, *ἐνθύμημα* addidit §. 115. Pseudodemosth. in Erotico §. 44—6 quantum philosophiae et rhetoriees studium provehat, Periclis et Alcibiadis, tum vero his praemissis *εἰ δὲ δεῖ μὴ παλαιὰ λέγοντας διατρίβειν ἔχοντας ὑπογυιοτέροις παραδείγμασι χρῆσθαι* Timothei et Archytae exemplis illustrat.

p. 63 v. 14. *ἐπὶ τελευτῆς αὐτοῦ*] scil. *τοῦ δικαίου* quod

nunc explanat. *αὐτοῖς* in C correctio esse videtur eius qui *αὐτοῦ* non intellexit. statim sequitur *ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ μέρους*, h. e. *τοῦ συμφέροντος*. cap. 36 recurrit *πάλιν ἐπὶ τελευτῆς διέξιμεν*. dativum legimus omisso articulo 33, addito infra 32; ceteris in locis CFM *τῇ* inserunt, c. 22. 34. ter 35. 37. et sic alii ut Aeschin. in Ctesiph. §. 205.

p. 64 v. 10. *τὴν προκατάληψιν*] vid. ad cap. 18. confutationem Aeschines in Timarch. §. 117 dicit *προδιήγησιν τῆς ἀπολογίας ἧς ἀκούω μέλλειν γίνεσθαι*.

CAPUT XXXIII.

v. 12. *διασύρεις*] Lysias XXVI, 3 de adversario *ἐπισύροντα τὰ πράγματα*, Isocrat. XX, 5 *διασύρων τὴν κατηγορίαν*.

v. 20. *παλιλλογήσομεν τὰ προειρημένα σχήματα διαλογισμοῦ λαβόντες*] cap. 35 *παλιλλογήσαντες συντόμως τὰ προειρημένα*, ibidem *παλιλλογήσαντες ἐν κεφαλαίῳ τὰ προειρημένα*, eadem structura etiam huic loco adhibenda est, unde iam ne ambigua fiat oratio *σχῆμα* scribendum est, neque omnia, sed unum schema admittimus.

CAPUT XXXIV.

v. 24. *προϋπάρχει*] id si est, ex praeterito tantum tempore suadet, at non modo ex hoc, sed etiam ex futuro praecipit autor; Corcyraei v. c. ap. Thuc. non habent gratiam Atheniensibus relatam qua eos ut in societatem recipiantur moveant, at ex futuro, se gratissimos hoc beneficio fore, suadere conantur cap. 33 *ἔπειτα περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθεῖσθε*. Unde non *προϋπάρχει*, sed *προσυπάρχει* vel potius *ὑπάρχει* reddendum est; ut infra *ἐν μὲν ταῖς προτροπαῖς ἀποφαίνειν φιλίαν ὑπάρχειν οἷς βοηθεῖν προτρέπομεν πρὸς τοὺς προτρεπο-*

μένους. ceterum his praeceptis epilogum vel conclusionem indicat. Paucissimis absolvitur narratio in Isocr. Plataico §. 7.

v. 25. *φιλία ἢ χάρις ἢ ἔλεος*] conf. Arist. Rhet. II, 4. 7. 8. et ut ibi subtile et uberrimum dialectici, ita hic sterile et vulgare rhetoris ingenium agnosces.

Corinthii ap. Thucyd. praeter *δικαιώματα* I, 41 etiam *ἀξίωσιν χάριτος* afferunt, item Thebani III, 67. Isocr. Plataicus. sunt et alii loci quos oratores in auxilium vocant, ut *τὸ μὴ μνησικακεῖν* Demosth. de Rhod. lib. §. 14.

v. 26. *μάλιστα γὰρ τοῖς οὕτω διακειμένοις ἐθέλουσιν ἐπαμύνειν*] at non iis qui exercent *χάριν ἔλεον* opitulantur; haec enim de iis praedicantur qui auxilium ferunt, ut expositio docet et oppositio quae infra sequitur, *ὀργὴ φθόνος ἔχθρα*. necessario igitur *οἱ οὕτω διακείμενοι* corrigendum esse coniicias. tamen hoc non admittunt verba initii *πρὸς τοὺς ἐκκλησιάζοντας*, utrumque nempe coniungit autor et modo eos quibus orator suadet, modo eos de quibus suadet, intelligit.

p. 65 v. 1. *πάντες ὑφ' ὧν*] infra *χάριν δ' ἔχουσι τούτοις ὑφ' ὧν οἴονται*, et *πάντες ἐλεοῦσι τούτους οὓς... οἴονται*, unde et hic *πάντες τούτους ὑφ'* coniicias.

v. 3. *τυγχάνουσιν*] quae in B et mg. A leguntur, dedit is qui codice usus est qualis est EG, i. e. in quo desideratur *χάριτος* expositio; quam cum iure requireret, de suo, neque enim difficile erat ex iis quae praecedunt explere, addidit, sed dicendi genus parum observavit; lacuna *ὁμοιοτελεύτῳ* nata, quod *τυγχάνουσιν* repetitur, melius erat restituenda, neque dubito, quin quae nunc leguntur, ex integriore libro sint reposita.

v. 8. *εὐπορήσομεν δὲ ἐλεεινὰ ποιεῖν*] autor ad Herennium II, 31. Rhet. gr. Hermog. III p. 25, schol. IV, 412—29. II, 124. III, 460. Apsines IX, 550.

v. 11. *δεῖ δὴ ταῦτα ἀποφαίνειν*] vid. Plataeenses ap.

Thucyd. III, 58 seq. quorum *ἔλεον* diluunt Thebani cap. 67. adde Isocratis Plataicum, inprimis §. 46—50 quibus se omnium infelicissimos omnibusque rebus privatos esse demonstrant.

v. 19. *τὰς δὲ ἀποτροπὰς ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις ποιήσομεν*] exempla Thucydides multa praestat, ut Hermocratis orationem VI, 76—80. In hunc censum venit etiam Lysiae et Socratis oratio in Platonis Phaedro, qua *τὸν μὴ ἐρῶντα* praeferendum esse puero *τῷ ἐρῶντι* suadent; et Lysias quidem nullo vinculo singula argumenta enumerat, Socrates vero ex rhetoricae praeceptis amore definito amantem *βλαβερὸν* et animo et corpori et externis bonis, deinde *ἀηδῆ*, postremo *ἄπιστον* esse probat; quo facto egregia sequitur *παλιλλογία*, ita ut ab ultimo incipiat, his verbis pag. 241 St. 30 Bekk. *εἰ δὲ μή, ἀναγκαῖον εἴη ἐνδοῦναι ἑαυτὸν ἀπίστῳ, [δυσκόλῳ, φθονερῷ] ἀηδεῖ, βλαβερῷ μὲν πρὸς οὐσίαν, βλαβερῷ δὲ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, πολὺ δὲ βλαβερωτάτῳ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς παίδευσιν.* Haec ut omnibus vocabula *δυσκόλῳ, φθονερῷ*, qui nulli sunt orationis loci, male inserta esse constaret, attulimus.

p. 66 v. 16. *ἐκ τοῦ παραλελειμμένου τρόπου ἀπότρεπε*] hoc est, quos locos adversarius omisit aut neglexit, excolas in iisque multum versare; intelligit autem *τελικὰ κεφάλαια*, de quibus vid. ad cap. 1. offendit *τρόπου* quod facile ex praecedentibus addi poterat, neque *τόπου* scripserim, ut sit *ὁ τόπος ὁ τοῦ παραλελειμμένου*, quemadmodum legitur cap. 36 *ἐπὶ τὸν ἐκ τοῦ παραλειπομένου τόπον μεταβιβάζων*, ibi enim *σχῆμα παραλείψεως* intelligitur, quod ab hoc longe distat.

v. 17. *ἐὰν ὁ ἐναντίος δίκαιον ἀποφήνῃ, σὺ ἐπιχείρει δεικνύναι ὥς ἐστιν αἰσχρὸν ἢ ἀσύμφορον ἢ ἐργῶδες ἢ ἀδύνατον ἢ ὅ τι ἂν ἔχῃς τοιοῦτον· ἐὰν δὲ ἐκεῖνος ἔχῃ τὸ συμφέρον, σὺ ἐπιδείκνυε ὡς ἄδικον κἂν τι ἄλλο ἔχῃς*

πρὸς τούτῳ] hic fons, haec ars oratorum veterum quae admirabilem illorum dicendi copiam parit; id optime ex Thucydidis orationibus in hunc modum compositis disces; Corcyraei v. c. I, 32—6 *τὸ συμφέρον* prae se ferunt, non omisso quidem *τοῦ δικαίου* loco, sed apprime elevato, contra Corinthii c. 37—43 *τὸ δίκαιον* urgent Athenienses que ne *τὸ συμφέρον* praeferant adhortantur. adde Cleonem et Diodotum, Melios et Athenienses, Plataeenses et Thebanos aliosque, conf. ad cap. 1. Demosth. in Aristocrat. §. 100 p. 653 *ὡς μὲν τοίνυν οὐ παρὰ πάντας τοὺς νόμους φανερῶς γέγραφε τὸ ψήφισμα Ἀριστοκράτης, οὐκ οἴομαι λέγειν αὐτὸν ἕξειν· ἤδη δέ τινα εἶδον ὦ ἄ. Ἀ. γραφὴν ἀγωνιζόμενον παρανόμων τοῖς νόμοις μὲν ἁλισκόμενον, ὡς δὲ συμφέρονθ' ὑμῖν γέγραφε λέγειν ἐπιχειροῦντα καὶ ταύτῃ βιαζόμενον, εὐήθη μὲν οἶμαι, μᾶλλον δ' ἀναιδῆ λόγον. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τἄλλα πάντα συμφέρει τὰ εἰρημένα, ᾗ γε ὀμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν ὑμᾶς ἀξιοῖ κυροῦν ἃ μηδ' αὐτὸς ἔχει δικαίως δεῖξαι γεγραμμένα, ἀσύμφορον ἂν εἴη, εἴ περ τὸ εὐορκεῖν περὶ πλείστου πᾶσίν ἐστι ποιητέον, οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει τινὰ ὅμως ἡ ἀναίδεια αὕτη λόγον.*

v. 26. *ἀποφαίνειν ἢ φιλίαν ὑπάρχειν . . . καὶ ὀφείλοντας χάριν ἔχειν τοῖς δεομένοις*] mira coniunctio infinitivi et participii. scrib. *ὑπάρχουσαν*, vid. supra ad cap. 3. libros meliores secuti locum restituimus, sed desideratur *ἐλέου* notio quam excidisse puto.

p. 67 v. 3. *ἢ ὀργῆς ἢ φθόνου ἢ ἔχθρας ἀξίους*] conf. Arist. Rhet. II, 2. 10 et quae autor ad Herennium I, 8 aliique qui hunc sequuntur in exordio exponunt, *odium, invidia, contemtio.* Haec non eo quo proposita sunt ordine exponuntur. fortasse *φθόνου ἢ ὀργῆς*, ut deinde inverso ordine explicet. Iam Isocrates Antid. §. 31 adversarii morem *εἰς φθόνον, ὀργήν, μῖσος καταστῆσαι* notat, addens

ἅ περ ὅταν πάθωσιν οἱ κρίνοντες, χαλεπώτατοι τοῖς ἀγωνιζομένοις εἰσίν. Demosth. in Midiam §. 196.

v. 6. *ἢ τῶν φίλων*] longius distat *ὑπ' ἐκείνων* quam ut apte *ὑπὸ* intelligas; excidisse videntur verba *ἢ ὑπ' αὐτῶν*, ut in seqq. aperte reponendum est *ἠδικημένους ἢ ὑπ' αὐτῶν ἢ τῶν φίλων ἤ*, ubi et *ἐκείνων* vel ut alii scribunt *ἐκείνοις*, et *αὐτοὶ* in fine positum praeter morem autoris est. ibi H. Sauppius epist. cr. p. 150 coniecit *ἢ ὑπ' ἐκείνων ἢ τῶν φίλων τῶν ἐκείνων* quod non probamus.

v. 11. *εὖ πεπραχότας*] mirum nullum librum *πεπραγότας* exhibere, at transitivo sensu cap. 35 *ἴσα πεπραγότας*, ubi unus G prima manu *χ* habuit.

v. 17. *αὐτὰς τόνδε τὸν τρόπον*] an *τόνδε* dixit, ne repeteret *τοῦτον τὸν τρόπον*? vid. ad cap. 20. at quis dixit *τοῦτον τὸν τρόπον ἐμποιήσομεν . . . συνθήσομεν δὲ καὶ τάξομεν . . . τόνδε τὸν τρόπον*? neque *αὐτὰς* ferri potest pro *αὐτά*. equidem illa verba male addita puto ab eo qui desiderari aliquid censuit; fine cap. 36 *ἐκ δὲ τῶν προειρημένων ἁπάντων ἐντέχνως καὶ τὰς κατηγορίας καὶ τὰς ἀπολογίας τάξομεν.* ceterum et verbi *συνθήσομεν* notio et sententiae oppositio improbat quod alii libri habent: *προτροπαῖς συνθήσομεν, καὶ τάξομεν.*

CAPUT XXXV.

p. 68 v. 3. *καὶ τὰς διαβολὰς ἀπολύομεν ὁμοίως*] coniicias, quo arctius haec cohaereant cum praecedentibus, *ἀπολύοντας*. at si grammatica melius procedit, res perturbatur; secernenda enim erant tria illa quae exordium flagitat.

v. 4. *ὥσπερ ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς*] autor fortasse et hic dedit *καὶ ἀποτρεπτικοῖς*, sed ut addatur necessarium non est; supra enim cap. 34 in solo *προτρεπτικῷ* praeceptum dedit, de dissuasione dixit *τὰς δὲ ἀποτροπὰς ἐκ*

τῶν ἐναντίων τούτοις ποιήσομεν τὸν αὐτὸν τρόπον φροιμιαζόμενοι. ergo hoc loco verba *καὶ ἀποτρεπτικοῖς* non flagitantur, paulo post vero iure suo dicit *ἐπὶ τῶν προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν*, quod in utraque specie et suadendi et dissuadendi dispositionem docuit.

v. 7. *καὶ αὐτὸν ἴσα*] haec sensu carent, nec video quid velit *ἴσον* quod meliores libri exhibent; in mentem *αὐτοὺς ἴσα* venit, quo res et homines distinguantur atque hi similia h. e. *θαυμαστὰ* et *περιφανῆ* perfecisse dicantur. sed vereor ne gravius insit mendum.

v. 8. *ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ τῶν τοιούτων εἰδῶν οὐκ ἀγῶνος ἀλλ' ἐπιδείξεως ἕνεκα λέγομεν*] offendit *τῶν τοιούτων* cum duo sint pro *τούτων τῶν*. sed etiam cap. 36 *χρὴ δὲ καὶ περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποκρίσεις, ὁπόσαι πίπτουσιν εἰς τὰ τοιαῦτα εἴδη*, h. e. *κατηγορικὸν* et *ἀπολογητικόν*. neque genitivus unde dependeat, video; adverbii enim locum tenet *ὡς ἐπιτοπολύ*. haud dubie mendum, cui non facile certo medearis, inest; structura ut procedat, adde *ἐπὶ* vel *ἐκ*, tale enim desideratur.

His verbis *γένος ἐπιδεικτικὸν* aperte indicari dicit L. Lersch Sprachphilosophie II, 286 et in Museo Rhen. I, 2 p. 184, aeque atque Isocratis orat. de antid. initio *εἰ μὲν ὅμοιος ἦν ὁ λόγος ὁ μέλλων ἀναγνωσθήσεσθαι τοῖς ἢ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἢ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις γιγνομένοις.* equidem autori nostro vocabulum *ἐπίδειξιν*, quo et laudationem et vituperationem comprehenderet, ignotum fuisse non dixi, sed ex his verbis ullum iure eum *γένος ἐπιδεικτικὸν* praeter duo illa constituisse probaturum esse negavi, et nunc etiam nego. quodsi ut cap. 36 *ἐν δικανικῷ γένει*, sic in hoc capite, quo utraque species explanatur, *ἐν τῷ ἐπιδεικτικῷ γένει* scripsisset, res certa nec ulli dubitationi subiecta esset; at non scripsit, neque hoc casu sed de industria factum, si initio non tria, sed duo genera artis

dedit; nil ergo ex hoc loco contra meam sententiam probari potest. Hoc dicit autor, haec plerumque tractari non ut in iudicio ea adbibeamus, sed ut rem augeamus et demonstremus, quare maiore amplificatione uti licere; vidit enim magnas partes laudationis aut vituperationis etiam in iudicialibus causis versari, qui, si ut Aristoteles *ἐπιδεικτικὸν γένος* constituisset, ineptus erat, si nos eo plerumque in iudicio non uti moneret.

Quintilianus III. 4, 11 veterum sententias de rhetorices generibus enumerans: *Isocrates*, inquit, *in omni genere inesse laudem ac vituperationem existimavit.* hunc ergo, si plura distinxit genera, tertium illud *ἐπιδεικτικὸν γένος* in arte sua non admisisse constat, ne tum quidem, si hoc dictum non ad artis genera accommodamus, sed ita intelligimus, ut quaeque res et amplificari et extenuari possit, conf. interpr. ad Paneg. §. 7. eadem Gorgiae erat sententia ap. Cicer. Brut. cap. 12. neque veteres artis doctores, quos praeter *τὸ δικανικὸν* et *συμβουλευτικὸν* nihil docuisse Platonis Phaedrus docet, aliter iudicasse puto; non ignorarunt *τὸ ἐγκωμιαστικὸν* et *τὸ ψεκτικόν*, sed genus esse rhetorices non crediderunt. Isocrat. *περὶ ἀντιδ.* §. 45—50 e plurimis quos exstare dicit *τρόποις*, *ἰδέαις τῶν λόγων* deligit quem ipse secutus est, atque has orationes esse *λόγους πολιτικούς*, *ἑλληνικούς*, *πανηγυρικούς*, *τεχνικῶς ἔχοντας* (sunt vero deliberativi generis) dicit opponitque iudicialibus *τοῖς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων*. hoc ipsum ei est *ἐπιδεικτικόν* (v. c. Panegyr. §. 11 deliberativas orationes *ἐπιδεικτικῶς*, iudiciales *ἀσφαλῶς* componendas esse), quod alterum maiore et graviore, alterum humili et arida utitur oratione. haec est Isocratis *φιλοσοφία* nota ex orationibus Panegyr. Philippo Areopag. Symm. al. Antidosis vero neque *ἀγῶσι* neque *ἐπιδείξεσι* similis sed *μικτὸς* est *λόγος*. vulgares vero *ἐπιδείξεις* agnoscit et Panath. fine §. 271, at neque

Isocratem ex his duobus locis, neque Anaximenem ex illis verbis *ἐπιδεικτικὸν γένος* docuisse evinces.

v. 11. *μετὰ δὲ τὸ προοίμιον δεῖ διελόμενον*] aliam init rationem incertus Amatorii autor in Demosth. scriptis qui ubique Isocratem sequitur, unde facile eius fuisse discipulum coniicias; is data propositione primum *τὸ ἐρωτικὸν* §. 3—9, deinde *ἔπαινον* pueri §. 10—33, denique *συμβουλὴν περὶ παιδείας τε καὶ προαιρέσεως τοῦ βίου* §. 34—55 explicat. *ἐπαίνου* vero laudat *κάλλος ἐπὶ τῆς ὄψεως* §. 10—16, *σωφροσύνην ἐπὶ τῆς ψυχῆς* §. 17—21, *ἀνδρίαν ἐπ' ἀμφοῖν* §. 22—32. Quod praeterea §. 8 additum legimus *χάριν δὲ ἐπὶ τῶν λόγων*, id §. 21 *σωφροσύνῃ* insertum legimus, ut non videam quomodo autor hoc in dispositionem recipiat; puto ab alio illa verba male inserta esse.

v. 15. *εἰς σοφίαν καὶ δικαιοσύνην*] inverso ordine infra explicat, supra cap. 1 *ψυχῇ δὲ ἀνδρεία σοφία δικαιοσύνη.*

v. 16. *ἐπιτηδεύματα ἔνδοξα*] Menander IX p. 220. Pseudodemosth. Epitaph. §. 27 *χρηστῶν ἐπιτηδευμάτων συνήθεια.*

v. 19. *οὐκ ἐπαινεῖν ἀλλὰ μακαρίζειν προσήκει*] conf. Aristot. Rhet. I, 9. Ethic. Nic. I, 12. Magn. I, 5.

ταῦτα δὴ διαλογισάμενοι μετὰ τὰ προοίμια πρώτην τὴν γενεαλογίαν τάξομεν] editi omnes praeter Bekkerum *λογισάμενοι*, noster neque *δὴ* neque *λογίζεσθαι* vel *διαλογίζεσθαι* sic adhibet. puto *ταῦτα δὲ διελόμενοι*, repetit enim supra dicta *μετὰ τὸ προοίμιον διελόμενον κτλ.*

Exordium sequitur *γενεαλογία* in Isocr. Euag. §. 12—20. Helena §. 16. Busir. §. 10. atque in primo hanc addit rationem *ἵνα πάντες εἰδῶσιν ὅτι καλλίστων αὐτῷ καὶ μεγίστων παραδειγμάτων καταλειφθέντων οὐδὲν καταδεέστερον αὑτὸν ἐκείνων παρέσχεν.* de bigis §. 25—28. Pseudodemosth. epitaph. §. 4—12. Plat. Menex. p. 237 St. 383 Bkk. Isocr. Paneg. §. 23.

p. 69 v. 2. *ὅταν δὲ πάθος ἢ πρᾶγμα ἢ λόγον ἢ κτῆμα*] hoc graecum non est, aut verbum ut *ἐγκωμιάζωμεν* excidit, aut *ὅταν* mutandum in *τὸ*. non placet facillima medendi ratio *πάθος ᾖ ἢ πρᾶγμα ἢ λόγος*.

v. 5. *ἀναλαβόντες* . . . *περιτιθέναι*] vitium facile corrigas *ἀναλαβόντας*, sed ne infra singularem numerum *προφασισάμενον* mutemus, reponendum potius *ἀναλαβόντα*, infinitivus ibi *διελθεῖν* ex initio *ὧδε δεῖ* dependet neque *δεῖ διελθεῖν* scribendum esse videtur.

v. 8. *συμβέβηκε*] cum hoc verbum ex particula *ἐὰν* dependeat, neque sententia quasi per se addita ex graecae linguae indole stare possit, indicativus, nisi apud posteriores scriptores, quibus noster non est accensendus, non est ferendus; unde facile corrigas *συμβεβήκῃ*, sed hanc formam alibi legere non memini, ut *συμβαίνῃ* scriptum esse credam.

τοὺς μὲν πρώτους τὸν αὐτὸν τρόπον διελθεῖν, τοὺς δὲ φαύλους παραλιπεῖν] ut Isocrates Euagorae ultimam originem, Iovem usque ad Teucrum, laudat, reliquos tacite omittit.

v. 14. *τούτοις δεῖ γενεαλογεῖν*] his i. e. ut hos afferamus et laudemus, non vero *τούτους* h. e. ut eorum genus explicemus et maiores celebremus; atque haud scio an omnes codices si quis accurate inspexerit, *τούτοις* praebeant, neque in ullo *τούτους* legatur.

v. 17. *ἐπιδεῖξειν*] debebat dicere *ἐπιδείξεις*, dependens ex verbis *λέγειν ὅτι* idque flagitat particularum *μὲν* et *δὲ* oppositio. De re vid. exemplum Isocrat. Panegyr. §. 75 seqq.

v. 18. *οὐ γὰρ εἰκὸς φανῆναι τοὺς τοιούτους καλοὺς ἢ ἀγαθοὺς εἶναι ἐκ μοχθηρῶν προγεγονότας*] haec aperte corrupta sunt. *φανῆναι* cum participio coniungendum, neque quod barbarum esset cum *εἰκός*, unde *εἶναι* abundat; neque *προγεγονότας* dici potest et mirum est istud *ἢ*. sed facilis emendatio *προγόνων γεγονότας* et *καλοὺς κἀγαθούς*.

v. 20. *ἐὰν δὲ μηδὲν ἀπὸ τῶν προγόνων ἔνδοξον ὑπάρχῃ, λέγε ὡς αὐτός ἐστι γενναῖος*] aut. ad Herenn. III, 7 *si bono genere, parem aut excelsiorem fuisse, si humili genere, ipsum in suis, non in maiorum virtutibus habuisse praesidium.* Philostr. vit. sophist. p. 522.

Isocrat. de regno quod Euagoras non hereditate accepit, sed virtute sibi comparavit §. 35 *τῶν μὲν οὖν τὰς πατρικὰς βασιλείας παραλαβόντων τίς οὐκ ἂν τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους προκρίνειεν; οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτω ῥάθυμος ὅστις ἂν δέξαιτο παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλαβεῖν μᾶλλον ἢ κτησάμενος ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν.*

p. 70 v. 5. *εἴ τι δὲ ἔνδοξον αὐτῷ διὰ τὴν τύχην ὑπῆρξε, τοῦτο μόνον διαφυλάττοντα ἔπειτα τὰ πρέποντα ταῖς ἡλικίαις ἐρεῖς*] hucusque *γενεαλογίαν* exposuit; iam si omnia externa *τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς ἀγαθὰ* explicare voluit, *ῥώμη κάλλος πλοῦτος* similiter erant percurrenda; at his velut apertis omissis transitum ad interna bona *τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ* facit et ut haec aetatibus convenientia tradantur monet. nullus igitur locus est verbis *διὰ τὴν τύχην* audacterque *ψυχὴν* restituimus, quo apte ut supra cap. 1 et Arist. Rhet. I, 5 virtutes comprehenduntur. de aetatibus vide quae genuinus Aristoteles II, 12—14 docet et Horat. ad Pison. v. 153. coniicias etiam ut supra autorem *ἔνδοξον ἢ ἄδοξον* scripsisse, sed parum probabile hoc est, quod infra contrarium attingit. alio modo huic loco succurrit H. Sauppe epist. crit. p. 150 qui post *τύχην* ea excidisse putat quibus autor ostenderat, quomodo orator de donis fortunae, robore, pulchritudine, divitiis explicare posset, et quibus transitum fecit ad ea quibus deinde de bonis animi recte explicandis et laudandis exponit. at *εὐγένεια* ipsa *διὰ τύχην* est, unde dici non potuit *εἴ τι δὲ ἔνδοξον αὐτῷ διὰ τύχην ὑπῆρξε*, restitutoque vocabulo *ψυχὴν* aptus fit

transitus ab externis ad interna bona. Sequentia *διαφυλάττοντα πῶς πρέποντα* corrupta sunt, et iam veteres turbarunt et correxerunt, quum plures *ἔπειτα τὰ πρέποντα* exhibeant; scilicet ut aptum redderent transitum; nam mala interpolatione natum esse hoc mihi persuasum est. scribendum videtur *δεῖ φυλάττειν ὅπως πρέποντα*, vel *παραφυλάττειν*, ut cap. 22 *παραφύλαττε ὡς μάλιστα ὅπως τὰ ἤθη τῶν λόγων ὁμοιοῦν τοῖς ἀνθρώποις δυνήσῃ*, nisi excidit verbum, unde accusativus dependeat, v. c. *λέγειν χρή*.

Aptissimum transitum a generis nobilitate ad eorum qui laudantur facta facit Epitaphii autor in Dem. orat. §. 12 p. 1392 *ἀλλὰ προαιροῦμαι τῆς εὐγενείας καὶ τῶν παρὰ τοῖς προγόνοις μεγίστων μνησθεὶς ὡς τάχιστα συνάψαι τὸν λόγον πρὸς τὰ τοῖσδε πεπραγμένα, ἵν' ὥσπερ τὰς φύσεις ἦσαν συγγενεῖς, οὕτω τοὺς ἐπαίνους ἐπ' αὐτῶν κοινοὺς ποιήσωμαι, ὑπολαμβάνων ταῦτ' ἂν εἶναι κεχαρισμένα κἀκείνοις καὶ μάλιστ' ἀμφοτέροις, εἰ τῆς ἀλλήλων ἀρετῆς μὴ μόνον τῇ φύσει μετάσχοιεν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπαίνοις.* deinde paucis interiectis quem sequatur ordinem in rebus exponendis ipse indicat §. 15, ut secundum rerum naturam primum puerilem, deinde virilem aetatem tractet: *πολλὰ τοίνυν ἔχων εἰπεῖν ὧν οἵδε πράξαντες δικαίως ἐπαινεθήσονται, ἐπειδὴ πρὸς αὐτοῖς εἰμὶ τοῖς ἔργοις, ἀπορῶ τί πρῶτον εἴπω· προϊστάμενα γὰρ πάντα εἰς ἕνα καιρὸν δύσκριτον καθίστησί μοι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαι τὴν αὐτὴν ποιήσασθαι τοῦ λόγου τάξιν ἧ περ ὑπῆρξε τοῦ βίου τούτοις.* Quos initio §. 3 tres dederat locos quos explicaret, *τὸ γεγενῆσθαι καλῶς, τὸ πεπαιδεῦσθαι σωφρόνως* et *τὸ βεβιωκέναι φιλοτίμως*, eos in narratione ipsa §. 4—26 sic divisit, ut *γένος* §. 4—11, *παιδεία* §. 16, *χρηστῶν ἐπιτηδευμάτων συνήθεια* §. 17—24 et *τῆς ὅλης πολιτείας ὑπόθεσις* §. 25—6 laudaretur. Demosth. pro Ctesiph. patris et matris *δυσγενείᾳ* exposita §. 129 *ταῦτα*

μὲν οὖν ἐάσω, ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν αὐτὸς βεβίωκεν ἄρξομαι. Plat. Menex. pag. 237 St. 382 Bekk. *τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν, δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν, ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο.* atque hoc ordine singula exponuntur; transitus ad ea quae ipsi fecerunt, his fit pag. 239 Steph. 386 Bekk. *ὅθεν δὴ ἐν πάσῃ ἐλευθερίᾳ τεθραμμένοι οἱ τῶνδέ τε πατέρες καὶ ἡμέτεροι καὶ αὐτοὶ οὗτοι, καὶ καλῶς φύντες, πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήναντο εἰς πάντας ἀνθρώπους καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ κτλ.*

v. 7. *τὰ πρέποντα ταῖς ἡλικίαις ἐρεῖς καὶ μὴ μακρά· τοὺς γὰρ παῖδας οὐχ οὕτω δι' αὐτοὺς ὡς διὰ τοὺς ἐφεστῶτας οἴονται κοσμίους εἶναι καὶ σώφρονας*] paucis absolvit Isocrat. Euag. §. 22 *παῖς μὲν γὰρ ὢν ἔσχε κάλλος καὶ ῥώμην καὶ σωφροσύνην, ἅ περ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέστατα τοῖς τηλικούτοις ἐστίν. καὶ τούτων μάρτυρας ἄν τις ποιήσαιτο, τῆς μὲν σωφροσύνης τοὺς συμπαιδευθέντας τῶν πολιτῶν, τοῦ δὲ κάλλους ἅπαντας τοὺς ἰδόντας, τῆς δὲ ῥώμης τοὺς ἀγῶνας ἐν οἷς ἐκεῖνος τῶν ἡλικιωτῶν ἐκρατίστευσεν.* adde Aesch. in Timarch. §. 39 *σκέψασθε δὲ ὦ ἄ. Ἀ. ὡς μετρίως μέλλω προσφέρεσθαι Τιμάρχῳ τουτῳΐ. ἐγὼ γὰρ ὅσα μὲν παῖς ὢν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἡμάρτηκεν ἀφίημι, καὶ ἔστω ταῦτα ἄκυρα ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἢ εἴ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη ἐγένετο προθεσμία· ἃ δὲ ἤδη φρονῶν καὶ μειράκιον ὢν καὶ τοὺς νόμους ἐπιστάμενος τοὺς τῆς πόλεως διαπέπρακται, περὶ τούτων ἔγωγε τὰς κατηγορίας ποιήσομαι καὶ ὑμᾶς ἐπ' αὐτοῖς ἀξιῶ σπουδάζειν.* Puerilem et iuvenilem aetatem paucis autor Epitaphii Pseudodem. §. 16 p. 1393 indicat: *οἵδε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐν πᾶσι τοῖς παιδεύμασιν ἦσαν ἐπιφανεῖς, τὰ πρέποντα καθ' ἡλικίαν ἀσκοῦντες ἑκάστην, καὶ ἀρέσκοντες οἷς χρή, γονεῦσι*

φίλοις οἰκείοις. τοιγαροῦν ὥσπερ ἴχνη γνωρίζουσα νῦν ἡ τῶν οἰκείων αὐτοῖς καὶ φίλων μνήμη πᾶσαν ὥραν ἐπὶ τούτους φέρεται τῷ πόθῳ, πολλὰ ὑπομνήματα λαμβάνουσα, ἐν οἷς συνήδει τούτοις ἀρίστοις οὖσιν.

v. 12. *ὅρισαι τοῦτο τὸ μέρος ἐπὶ τῇ τοῦ νεανίσκου ἡλικίᾳ καὶ τὴν πρόθεσιν ποιήσας καὶ*] transit ad iuvenilem aetatem, ut Philelphus vertit: *debes hanc partem in adolescentis aetatem terminare*, at multo melius novum caput incipit iuventus quod transposito *καὶ* fit: *μέρος, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ νεανίσκου ἡλικίᾳ τὴν πρόθεσιν.* facile abesse possunt etiam verba *ποιήσας καί*, et dicit noster *πρόθεσιν προθέσθαι*, non *πρόθεσιν ποιῆσαι.* simul ita repetitum in eadem sententia *ἐπὶ τῇ* vitabis. Ne saepius idem pronomen legeremus, factum esse videtur de industria, ut non *ὅταν δὲ ταῦτα τοῦτον . . . τελευτῇ τούτου τοῦ* scriberet; aegre tamen illo *ταῦτα* caremus.

v. 15. *καθάπερ εἴπομεν πρότερον ἐν ἀρχαῖς*] cap. 3.

v. 18. *ἢ ἕνεκα τούτου*] desideratur quod supra cap. 3 dedit *ἢ οὐκ ἄνευ τούτου.* quae verba excidisse videntur; nulla enim est causa, cur hic omittantur. fortasse scripsit etiam *διὰ τούτου τοῦ ἐπιτηδεύματος.*

v. 20. *καὶ ὑπερβάλλειν ταύτας ἐκείνων*] ita quinque meliores libri, quod cum sensui contrarium esse videretur, inde *καὶ ὑπερβάλλειν δεικνύναι τὰς τοῦδε τῶν ἐκείνων* interpolarunt, quod editi omnes praebent, nisi quod Sylburgio autore Buhle *τῶν* mutavit in *τὰς* quod Bekkerus retinuit; debebant certe *ὑπερβαλλούσας* scribere. cap. 3 *εἶτα παριστάναι τὸ ὑπὸ σοῦ λεγόμενον καὶ παραβάλλειν πρὸς ἄλληλα, τοῦ μὲν ὑπὸ σαυτοῦ λεγομένου τὰ μέγιστα διεξιόντα, τοῦ δ' ἑτέρου τὰ ἐλάχιστα, καὶ οὕτω μέγα φανεῖται.* hoc dicit: atque haec illorum facta debes superare et inferiora reddere, maiores esse eius res gestas quem tu laudas demonstrans, ut v. c. Isocrates Euagoram cum Cyro comparans

ἐξεῖπον. Aeschines in Ctesiph. §. 174 *οὕτω γὰρ κέχρηται καὶ τῷ ἑαυτοῦ σώματι καὶ παιδοποιΐᾳ, ὥστ' ἐμὲ μὴ βούλεσθαι λέγειν ἃ τούτῳ πέπρακται· ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισηθέντας τοὺς τὰ τῶν πλησίον αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας.*

CAPUT XXXVI.

v. 19. *λοιπὸν δέ ἐστιν ἡμῖν εἶδος τό τε κατηγορικὸν καὶ τὸ ἐξεταστικὸν*] aperte medium *καὶ τὸ ἀπολογητικὸν* excidit. in iis quae proxime sequuntur, speciem ultimam *τὸ ἐξεταστικὸν* iudiciali generi addere videtur. id secus est, ut praecepta, quae solam accusationem et defensionem attendunt, docent. hoc dicit: iam, postquam quatuor species exposuimus, tres reliquae restant, quas quomodo in iudiciali genere excolamus et disponamus, persequamur, id est, ex tribus illis *τὸ κατηγορικὸν* et *ἀπολογητικὸν* excutiamus; nam cum tertia species illi generi non sit propria, sed ceteris quoque *εἴδεσιν* adhaereat et ab ipso separatim tractetur, autorem duas illas accusandi et defendendi species intelligere, neque postremam generi illi subiicere, sed quod ei interdum adhaerere possit omnesque reliquas species enumeret, paulo negligentius loqui apparet. neque infra cap. 37 *μάλιστα πρὸς τὰς ἀντιλογίας χρήσιμον* solum iudiciale genus intelligit; hae enim *ἀντιλογίαι* non minus in dissuasione et vituperatione inveniuntur. Cavendum igitur ne *τὸ ἐξεταστικὸν*, quod Quintilianus III, 4 fortasse his ipsis verbis motus fecit, iudiciali generi proprium adiungamus.

Dionys. de Lysia cap. 17 multa de exordio ex artibus sumpta exhibet, hic, quod plura cum nostro autore conveniunt, non negligenda. *ὁρῶ δὲ τὸν ῥήτορα πᾶσι κεχρημένον οἷς αἱ τέχναι τε παραγγέλλουσι καὶ τὰ πράγματα βούλεται. τοτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπαίνου ὁ λέγων αὐτὸς ἄρχεται, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῆς διαβολῆς τοῦ ἀντιδίκου·*

εἰ δὲ τύχοι αὐτὸς προδιαβληθεὶς, τὰς αἰτίας πρῶτον ἀπολύεται τὰς καθ' ἑαυτοῦ· τοτὲ δὲ τοὺς δικαστὰς ἐπαινῶν καὶ θεραπεύων οἰκείους ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πράγματι καθίστησι· τοτὲ δὲ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἰδίαν καὶ τὴν πλεονεξίαν τὴν τοῦ ἀντιδίκου καὶ τὸ μὴ περὶ τῶν ἴσων ἀμφοτέροις εἶναι τὸν ἀγῶνα ἀποδείκνυσι· τοτὲ δὲ ὡς κοινὰ τὰ πράγματα καὶ ἀναγκαῖα πᾶσι καὶ οὐκ ἄξια ὑπὸ τῶν ἀκουόντων ἀμελεῖσθαι λέγει· τοτὲ δὲ ἄλλο τι κατασκευάζεται τῶν δυναμένων αὐτὸν μὲν ὠφελῆσαι τὸν δὲ ἀντίδικον ἐλαττῶσαι. ταῦτα δὲ συντόμως καὶ ἀφελῶς διανοίαις τε χρησταῖς καὶ γνώμαις εὐκαίροις καὶ ἐνθυμήμασι μετρίοις περιλαβὼν ἐπὶ τὴν πρόθεσιν ἐπείγεται, δι' ἧς τὰ μέλλοντα ἐν ταῖς ἀποδείξεσι λέγεσθαι προειπὼν καὶ τὸν ἀκροατὴν παρασκευάσας εὐμαθῆ πρὸς τὸν μέλλοντα λόγον ἐπὶ τὴν διήγησιν καθίσταται... καὶ δυνατὸς ὃ βούλοιτο διαπράξασθαι· οὔτε γὰρ εὔνοιαν κινῆσαι βουλόμενος οὔτε προσοχὴν οὔτε εὐμάθειαν ἀτυχήσειεν ἄν ποτε τοῦ σκοποῦ.

v. 25. *ὧν ἐν τῷ προτρεπτικῷ καὶ ἐν τῷ ἀπολογητικῷ*] aut postremum in *ἀποτρεπτικῷ* mutandum est aut explendus est locus *καὶ ἀποτρεπτικῷ, καὶ ἐν τῷ κατηγορικῷ καὶ ἀπολογητικῷ.* quam posteriorem rationem alibi non adhibet, quare prius praeferendum esse puto.

p. 73 v. 1. *ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς εὐμενείας*] locus de benevolentia captanda, quam supra ut omnes fere rhetores *εὔνοιαν*, hic *εὐμένειαν* dicit, conturbatus est. nam qui auditorum benevolentia gaudet, facile exordio caret, *περίεργον λέγειν περὶ εὐνοίας* cap. 29, aut si eius mentionem facere velit, *εἰρωνείας* exornatione utatur; neque infra hunc attingit. maxime vero opera danda est ei qui male audit; adhibenda enim quam insinuationem dicit autor ad Herennium I, 9—11, atque in huius usum plurima dantur exempla. offendunt ergo verba *τὴν εὐμένειαν ποριστέον* de eo

qui benevolentiam sibi conciliavit eamque possidet; exspectamus enim quod cap. 29 legimus *τῆς εὐμενείας ὑπομνηστέον.* tum falsum est, in altera sententia *ἢ ἐκ τοῦ παροιχομένου . . . λόγου* ex verbis *τὴν εὐμένειαν παρασκευαστέον*, in altera autem quae eadem significant *ἢ ἐκ τοῦ . . . δυσχεραίνειν* ex verbo *διακειμένῳ* dependere, atque hoc posterius et res ipsa et explicatio probat. denique in eo qui medius est expositio prorsus illa negligit, ut sine causa huic adiecta, ei vero qui calumniis sit obrutus male dempta sint; huic vero necessario sunt adiungenda. sed his vitiis mala interpolatione illatis meliores medentur libri qui omittunt *τὴν εὐμένειαν παρασκευαστέον*, deinde *τῷ δὲ* et postremum *πρὸς εὐμένειαν ποριστέον.* nunc loco ex hac autoritate restituto prima quoque illa *τὴν εὐμένειαν ποριστέον*, ne omnis desit constructio, servanda esse videntur; nam quod M solus haec omittit nullius est momenti. qui nexus, ut *ποριστέον* intelligeres, cum durus videretur, parum apte inserta sunt *πρὸς εὐμέν. ποριστέον.*

v. 4. *τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς περὶ ἐκείνων εἴρηται*] cap. 1 *μετιόντας τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ὑπὲρ τοῦ νομίμου καὶ τοῦ δικαίου διήλθομεν.* 35 *τάξομεν δὲ πρῶτον τὰ προοίμια τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἐπὶ τῶν προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν.* ibidem *αὔξειν δὲ καὶ ταπεινοῦν τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς κακολογίας ὅνπερ καὶ τὰ ἐγκώμια.* 36 *τάξομεν δὲ τὰ δικανικὰ προοίμια τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ καὶ τὰ δημηγορικά.* non dubito quin autor et hic dederit *ὅνπερ ἐπὶ* vel *περὶ ἐκείνων* sive addito sive omisso verbo *εἴρηται.*

v. 13. *δεῖ δὲ αὐτοὺς ἐκ τούτων ἐπαινεῖν ὧν μάλιστα μέτεστι τοῖς ἀκούουσι, λέγω δὲ φιλόπολιν, φιλέταιρον, ἐλεήμονα καὶ τὰ τοιαῦτα*] idem fere est quod posteriores rhetores dicunt, v. c. aut. ad Herenn. I, 5 *officium nostrum sine arrogantia laudabimus atque in rempublicam quales fuerimus, aut in parentes aut in amicos aut in eos ipsos qui*

audiunt, referemus. conf. incert. autor in Aristid. rhet. IX, p. 402 qui quae Alexander ibi IX, 336 promittit docet.

Alcibiades apud Thucydidem VI, 92 Lacedaemonios ut Siculis contra Athenienses opem ferant incitans, *διαβεβλημένος*, sub finem orationis quis sit *φιλόπολις* exponit, licet enim ex deliberativo genere exemplum laudare: *καὶ χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ δοκεῖν ὑμῶν εἶναι, εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων, φιλόπολίς ποτε δοκῶν εἶναι, νῦν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι... τό τε φιλόπολι οὐκ ἐν ᾧ ἀδικοῦμαι ἔχω, ἀλλ' ἐν ᾧ ἀσφαλῶς ἐπολιτεύθην, οὐδ' ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι ἡγοῦμαι νῦν ἰέναι, πολὺ δὲ μᾶλλον τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι. καὶ φιλόπολις οὗτος ὀρθῶς οὐχ ὃς ἂν τὴν ἑαυτοῦ ἀδίκως ἀπολέσας μὴ ἐπίῃ, ἀλλ' ὃς ἂν ἐκ παντὸς τρόπου διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν πειραθῇ αὐτὴν ἀναλαβεῖν.* Pericles II, 60 *καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναι τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. ὅ τε γὰρ γνοὺς καὶ μὴ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσῳ καὶ εἰ μὴ ἐνεθυμήθη, ὅ τ' ἔχων ἀμφότερα, τῇ δὲ πόλει δύσνους οὐκ ἂν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι.* Platonis apolog. p. 24. Isocr. Antid. §. 131 seqq. Aeschines in Ctes. §. 168 seqq. Dinarchus in Demosth. §. 31. Lycurgus §. 3 de accusatore, quo et invidiam dilueret et benevolentiam captaret, acute: *ἐβουλόμην δ' ἂν ὦ ἄ. ὥσπερ ὠφέλιμόν ἐστι τῇ πόλει εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐν ταύτῃ τοὺς παρανομοῦντας, οὕτω καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειλῆφθαι, νῦν δὲ περιέστηκεν εἰς τοῦτο, ὥστε τὸν ἰδίᾳ κινδυνεύοντα καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀπεχθανόμενον οὐ φιλόπολιν ἀλλὰ φιλοπράγμονα δοκεῖν εἶναι, οὐ δικαίως οὐδὲ συμφερόντως τῇ πόλει.* Isocr. Areopag. §. 57.

v. 14. *φιλέταιρον, ἐλεήμονα*] in antithesi quartum insertum est *ἀχάριστον.* id nisi male additum est, hic contrarium *εὐχάριστον* excidisse apparet. attendendus est

accusativus *ταῦτα δ' ἐστὶ μισόπολιν κτλ.* dependens ex *τὸν ἐναντίον κακολογεῖν.*

v. 17. *ἀχάριστον*] qualem Timotheum esse et *ἀδικώτατον* accusator in exordio §. 1—4 pag. 1185 dicit.

v. 18. *χρὴ δὲ καὶ τοὺς δικαστὰς ἐπαίνῳ θεραπεῦσαι ὡς δικασταὶ δίκαιοι καὶ δεινοί εἰσιν*] Antiphon I, 4 *ὑμεῖς γάρ μοι ἀναγκαῖοι . . . πρὸς τίνας οὖν ἔλθῃ τις βοηθούς, ἢ ποῖ τὴν καταφυγὴν ποιήσεται ἄλλοθι ἢ πρὸς ὑμᾶς καὶ τὸ δίκαιον;* VI, 10. 51. Lysias XXI, 22 in epilogo *ἐγὼ μὲν οὖν ὦ ἄ. δ. οὐκ οἶδ' οὕστινας ἢ ὑμᾶς ἐβουλήθην περὶ ἐμοῦ δικαστὰς γενέσθαι, εἴ περ χρὴ τοὺς εὖ πεπονθότας περὶ τῶν εὖ πεποιηκότων εὔχεσθαι τὴν ψῆφον φέρειν.* Isocrat. Antidos. §. 169—70. 173. Aeschin. in Ctesiph. §. 8. Lysias III, 2 de Areopagitis *εἰ μὲν οὖν ἄλλοι τινὲς ἔμελλον περὶ ἐμοῦ διαγνώσεσθαι, σφόδρα ἂν ἐφοβούμην τὸν κίνδυνον, ὁρῶν ὅτι καὶ παρασκευαὶ καὶ τύχαι ἐνίοτε τοιαῦται γίνονται, ὥστε πολλὰ καὶ παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν τοῖς κινδυνεύουσιν, εἰς ὑμᾶς. δ' εἰσελθὼν ἐλπίζω τῶν δικαίων τεύξεσθαι.* Aeschines media in narratione *περὶ παραπρ.* §. 24 *ἐπαινῶ δ' εἰς ὑπερβολὴν ὑμᾶς ὦ ἄ. Ἀ. ὅτι σιγῇ καὶ δικαίως ἡμῶν ἀκούετε, ὥστε ἐάν τι μὴ λύσω τῶν κατηγορημένων, οὐχ ὑμᾶς ἀλλ' ἐμαυτὸν αἰτιάσομαι.* Andocid. I, 8 *τὰ μὲν οὖν δίκαια γινώσκειν ἡμᾶς ἡγοῦμαι καὶ λόγους παρεσκευάσθαι, οἷς περ ἐγὼ πιστεύσας ὑπέμεινα, ὁρῶν ὑμᾶς καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις καὶ ἐν τοῖς δημοσίοις περὶ πλείστου τοῦτο ποιουμένους, ψηφίζεσθαι κατὰ τοὺς ὅρκους, ὅπερ καὶ συνέχει μόνον τὴν πόλιν ἀκόντων τῶν οὐ βουλομένων ταῦτα οὕτως ἔχειν.* IV, 2. Demosth. adv. Eubulid. §. 56—8 p. 1316 *διὰ ταῦτα τοίνυν ἐγὼ πιστεύων ἐμαυτῷ κατέφυγον εἰς ὑμᾶς. ὁρῶ γὰρ ὦ ἄ. Ἀ. οὐ μόνον τῶν ἀποψηφισαμένων Ἁλιμουσίων ἐμοῦ κυριώτερ' ὄντα τὰ δικαστήρια, ἀλλὰ καὶ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, δικαίως· κατὰ γὰρ πάντα αἱ παρ' ὑμῖν εἰσὶ κρίσεις*

δικαιότατοι...καὶ πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο πᾶσιν ὑμῖν τοῖς δικαίως τούτῳ τῷ πράγματι χρησαμένοις...καὶ ὑμᾶς μὲν ἄξιον ἐπαινεῖν ὦ ἄ. Ἀ.

v. 19. *συμπαραληπτέον δὲ καὶ τὰς ἐλαττώσεις, εἴ που τῶν ἀντιδίκων καταδεεστέρως ἔχει πρὸς τὸ λέγειν ἢ πράττειν ἢ ἄλλο τι τῶν περὶ τὸν ἀγῶνα*] optime hoc exponit Antiphontis exordium de caede Herodis §. 1—19, ubi reus ipse dicit *οὑτωσὶ μὲν δὴ πολλοῖς ἐλαττωθεὶς τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων καὶ τοῦ δικαίου καθέστηκα εἰς τὸν ἀγῶνα, ὅμως μέντοι γε καὶ ἐκ τούτων πειράσομαι ἐμαυτὸν ἀναίτιον ἐπιδεῖξαι.* 75. Demosth. de corona §. 3 *πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ' ὦ ἄ. Ἀ. καὶ μεγάλα, ἓν μὲν ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι· οὐ γὰρ ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν τὴν γραφήν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν — οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ· ἕτερον δ' ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἄχθεσθαι, τούτων τοίνυν ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονήν, τούτῳ δέδοται, ὃ δὲ πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί.* vides haec rhetorice dicta esse; vulgaria enim et communia sunt, quae quivis in usum suum reus convertere possit. Andocides de mysteriis §. 6—7, eadem ap. Lysiam XIX, 2 seqq. idem XII, 3 *ἐγὼ μὲν οὖν ὦ ἄ. δ. οὔτ' ἐμαυτοῦ πώποτε οὔτε ἀλλότρια πράγματα πράξας νῦν ἠνάγκασμαι ὑπὸ τῶν γεγενημένων τούτων κατηγορεῖν, ὥστε πολλάκις εἰς πολλὴν ἀθυμίαν κατέστην, μὴ διὰ τὴν ἀπειρίαν ἀναξίως καὶ ἀδυνάτως ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ ἐμαυτοῦ τὴν κατηγορίαν ποιήσωμαι.* XVII, 1. XXXI, 3 *γνώσεσθε μὲν οὖν ὅτι οὐκ ἀπὸ ἴσης παρασκευῆς ἐγώ τε τοῦτον ἐλέγξω οἷός ἐστι, καὶ οὗτος ἐπεχείρησε πονηρὸς εἶναι· ὅμως εἴ τι ἐγὼ ἐλλείποιμι τῷ λόγῳ τῆς κατηγορίας,*

οὐκ ἂν δίκαιος εἴη οὗτος διὰ τοῦτο ὠφεληθῆναι κτλ. Isaeus VIII, 5 quae et apud Demosth. p. 813 *ἔστι μὲν οὖν χαλεπὸν ὦ ἄνδρες πρὸς παρασκευὰς λόγων καὶ μάρτυρας οὐ τἀληθῆ μαρτυροῦντας εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι περὶ τηλικούτων παντάπασιν ἀπείρως ἔχοντα δικαστηρίων.* X, 1 *ἐβουλόμην ὦ ἄ. ὥσπερ Ξεναίνετος οὑτοσὶ δύναται ψευδῆ λέγειν θαῤῥαλέως, οὕτω κἀγὼ τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν εἰπεῖν δυνηθῆναι... νῦν δὲ οὐκ ἐξ ἴσου διακείμεθα ὦ ἄνδρες. οἱ μὲν γὰρ καὶ λέγειν δεινοὶ καὶ παρασκευάσασθαι ἱκανοί, ὥστε καὶ ὑπὲρ ἑτέρων πολλάκις ἐν ὑμῖν ἠγωνίσθαι, ἐγὼ δὲ μὴ ὅτι ὑπὲρ ἄλλου ἀλλ' οὐδὲ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ πώποτε δίκην ἰδίαν εἴρηκα, ὥστε πολλῆς με δεῖ συγγνώμης τυχεῖν παρ' ὑμῶν.* conf. Plat. Apolog. init. Isocrat. Antid. §. 25 seqq. Demosth. adv. Olympiod. §. 2. Eadem arte sive potius fallacia Demosth. in Dionysod. pag. 1283 §. 1—4 accusator, qui reo pecuniam mutuam dederat, auditorum benevolentiam captat ab adversarii persona, eos qui mutuo sumpsissent multo meliore uti statu dicens: *κοινωνός εἰμι τοῦ δανείσματος τούτου ὦ ἄ. δ. συμβαίνει δ' ἡμῖν τοῖς κατὰ θάλατταν τὴν ἐργασίαν προῃρημένοις καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐγχειρίζουσιν ἑτέροις ἐκεῖνο μὲν σαφῶς εἰδέναι ὅτι ὁ δανειζόμενος ἐν παντὶ προέχει ἡμῶν. λαβὼν γὰρ ἀργύριον φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον, ἐν γραμματειδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ καὶ βιβλιδίῳ μικρῷ πάνυ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε τοῦ ποιήσειν τὰ δίκαια. ἡμεῖς δὲ οὐ φαμὲν δώσειν, ἀλλ' εὐθὺς τῷ δανειζομένῳ δίδομεν τὸ ἀργύριον. τῷ οὖν ποτὲ πιστεύοντες καὶ τί λαβόντες τὸ βέβαιον προϊέμεθα; ὑμῖν ὦ ἄ. δ. καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις, οἳ κελεύουσιν ὅσα ἄν τις ἑκὼν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ, κύρια εἶναι. ἀλλά μοι δοκεῖ οὔτε τῶν νόμων οὔτε συγγραφῆς οὐδεμιᾶς ὄφελος εἶναι οὐδέν, ἂν ὁ λαμβάνων τὰ χρήματα μὴ πάνυ δίκαιος ᾖ τὸν τρόπον καὶ δυοῖν θάτερον ἢ ὑμᾶς δεδιὼς ἢ τὸν συμβαλόντα αἰσχυνόμενος.*

in Timocrat. §. 3. in Aphobum §. 2 p. 813 *οἶδα μὲν οὖν ὦ ἄ. δ. ὅτι πρὸς ἄνδρας καὶ λέγειν ἱκανοὺς καὶ παρασκευάσασθαι δυναμένους χαλεπόν ἐστιν εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι περὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἄπειρον ὄντα παντάπασι πραγμάτων διὰ τὴν ἡλικίαν· ὅμως δὲ καίπερ πολὺ τούτων καταδεέστερος ὢν πολλὰς ἐλπίδας ἔχω καὶ παρ' ὑμῖν τεύξεσθαι τῶν δικαίων καὶ μέχρι γε τοῦ τὰ γεγενημένα διεξελθεῖν καὶ αὐτὸς ἀρκούντως ἐρεῖν, ὥσθ' ὑμᾶς μήτ' ἀπολειφθῆναι τῶν πραγμάτων μηδὲ καθ' ἓν μήτ' ἀγνοῆσαι περὶ ὧν δεήσει τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν.*

p. 74 v. 3. *ὡς δεῖ ταῦτα λύειν ἐκ τῶν προτέρων*] alii *τὰ τοιαῦτα*, sed *διαβολαὶ* sunt intelligendae, unde *ταύτας* scribendum est. de re vide supra cap. 29 sub finem, at haec non sunt *ἐκ τοῦ παροιχομένου χρόνου* neque video quomodo id fieri possit; non enim ad praeteritum pertinet tempus, si *λόγος μακρὸς ἢ ἀρχαῖος ἢ ἄπιστος* est; an quod auditores talem esse oratorem ex priore tempore cognitum habent? hoc si non est, corrigendus est locus litura verborum *ἐκ τοῦ παροιχομένου χρόνου.* quominus enim *ὦσιν ἢ περὶ* reponamus, obstat quod illa verba *ἐκ τ. π. χ.* ad hominem ipsum pertinent, quamvis etiamnunc mirum sit, *διαβολὰς* ex praesenti tempore dilui, ex praeterito autem negligi. Quanto melius supra cap. 29 ubi hunc ordinem secutus est: *τοὺς δὲ διαβεβλημένους ἀναγκαῖον τὰς διαβολὰς ἢ αὐτοὺς ἔχειν ἢ τὰ πράγματα ὑπὲρ ὧν λέγουσιν ἢ τὸν λόγον. αὐτῶν δὲ αἱ διαβολαὶ γίνονται ἢ ἐκ τοῦ παρόντος ἢ ἐκ τοῦ παροιχομένου χρόνου.* iam posterius *ἐκ τοῦ παροιχομένου* exponit sine ullo trium illarum rerum discrimine, at prius *ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου* primum examinat ad personam *πρὸς τὸν δημηγοροῦντα,* deinde ad rem *περὶ τὸ πρᾶγμα,* denique ad orationem: *ὁ δὲ λόγος ἐν ταῖς δημηγορίαις διαβάλλεται.* non video igitur quomodo verba *περὶ τὸν λόγον* iure hunc locum tenere possint.

v. 7. *ἐὰν ἀγωνίζηται νεώτερος ἢ πρεσβύτερος ὑπὲρ ἄλλου*] non pro alio, sed pro se in iudicio iunior loquitur, unde coniicias *ἢ ὑπὲρ ἄλλου,* alia enim est ratio qua *ἀπρεπὴς* fiat orator; sed delendum est *πρεσβύτερος*, quo id ipsum adipiscimur; infra enim ubi haec solvit omnia, plane evanuit *ὁ πρεσβύτερος*, ut hunc antitheseos gratia illatum esse appareat. H. Sauppe epist. crit. p. 151 vitium sensit et *ἢ πρεσβύτερος ἢ* corrigens infra exposita quomodo aetate provectior invidiam vitare posset excidisse censet. sane in deliberativa oratione cap. 29 *πρεσβύτην* opposuit *τῷ παντελῶς νέῳ*, at ibi tertius quoque *ὁ πολυπράγμων* apparet; hic autor noluit omnia repetere.

v. 8. *ὑπεναντίος δὲ ἐάν τις ἰσχυρὸς ὢν ἀσθενεῖ δικάζηται αἰκίας*] exemplum ex Coracis et Tisiae copiis atque fallaciis sumptum, de quo vid. Arist. Rhet. II, 24 et Plat. Phaedr. p. 93 (art. scriptor. p. 32) *τοῦτο δὴ ὡς ἔοικε σοφὸν εὑρὼν ἅμα καὶ τεχνικὸν ἔγραψεν (Τισίας), ὡς ἐάν τις ἀσθενὴς καὶ ἀνδρικὸς ἰσχυρὸν καὶ δειλὸν συγκόψας ἱμάτιον ἤ τι ἄλλο ἀφελόμενος εἰς δικαστήριον ἄγηται, δεῖ δὴ τἀληθὲς μηδέτερον λέγειν, ἀλλὰ τὸν μὲν δειλὸν μὴ ὑπὸ μόνου φάναι τοῦ ἀνδρικοῦ συγκεκόφθαι, τὸν δὲ τοῦτο μὲν ἐλέγχειν ὡς μόνω ἤστην, ἐκείνῳ δὲ καταχρήσασθαι τῷ πῶς δ' ἂν ἐγὼ τοιόσδε τοιῷδε ἐπεχείρησα; ὁ δ' οὐκ ἐρεῖ δὴ τὴν ἑαυτοῦ κάκην, ἀλλά τι ἄλλο ψεύδεσθαι ἐπιχειρῶν τάχ' ἂν ἔλεγχόν πῃ παραδοίη τῷ ἀντιδίκῳ.*

v. 18. *αἱ δὲ περὶ τὸ πρᾶγμα συμβαίνουσαι, ἐάν τις πραγματεύηται πρὸς οἰκείους φίλους ἢ ξένους ἢ ἰδίους ἢ περὶ μικρῶν ἢ αἰσχρῶν*] acute amplificavit hunc locum Isaeus I, 5—8 *τοσούτων τοίνυν ἡμῖν ὑπαρχόντων οὗτοι καὶ συγγενεῖς ὄντες καὶ οὐδὲν δίκαιον εἰπεῖν ἔχοντες οὐκ αἰσχύνονται καταστήσαντες ἡμᾶς εἰς ἀγῶνα περὶ τούτων περὶ ὧν αἰσχρὸν ἦν ἀμφισβητῆσαι καὶ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν. οὐχ ὁμοίως δέ μοι δοκοῦμεν ὦ ἄνδρες διακεῖσθαι*

πρὸς ἀλλήλους. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὅτι ἀδίκως κινδυνεύω, τοῦθ' ἡγοῦμαι μέγιστον εἶναι τῶν παρόντων κακῶν, ἀλλ' ὅτι ἀγωνίζομαι πρὸς οἰκείους, οὓς οὐδ' ἀμύνεσθαι καλῶς ἔχει· οὐ γὰρ ἂν ἐλάττω συμφορὰν ἡγησαίμην κακῶς ποιεῖν τούτους ἀμυνόμενος οἰκείους ὄντας, ἢ κακῶς παθεῖν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τούτων. οὗτοι δ' οὐ τοιαύτην ἔχουσι τὴν γνώμην, ἀλλ' ἥκουσιν ἐφ' ἡμᾶς καὶ τοὺς φίλους παρακαλέσαντες καὶ ῥήτορας παρασκευασάμενοι καὶ οὐδὲν ἀπολείποντες τῆς αὑτῶν δυνάμεως, ὥσπερ ὦ ἄνδρες ἐχθροὺς τιμωρησόμενοι καὶ οὐκ ἀναγκαίους καὶ συγγενεῖς κακῶς ποιήσοντες. τὴν μὲν οὖν τούτων ἀναισχυντίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν ἔτι μᾶλλον γνώσεσθε, ἐπειδὰν πάντων ἀκούσητε, e quibus maxima oratoris ars elucet, qui callidissime hoc praeceptum persecutus est. Omnes artis regulas exordium Demosthenis in Olympiod. p. 1167 continet: *ἀναγκαῖον ἴσως ἐστὶν ὦ ἄ. δ. καὶ τοὺς μὴ εἰωθότας μηδὲ δυναμένους* [1] *εἰσιέναι εἰς δικαστήριον, ἐπειδὰν ὑπό τινος ἀδικῶνται, ἄλλως τε καὶ ὑφ' ὧν ἥκιστα προσήκει ἀδικεῖσθαι, οἷον καὶ ἐμοὶ νυνὶ συμβαίνει. οὐ βουλόμενος γὰρ ὦ ἄ. δ. ἀγωνίζεσθαι πρὸς Ὀλυμπιόδωρον οἰκεῖον ὄντα καὶ ἀδελφὴν τούτου ἔχων ἠνάγκασμαι διὰ τὸ μεγάλ' ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τούτου. εἰ μὲν οὖν μὴ ἀδικούμενος ὦ ἄ. δ. ἀλλὰ ψεῦδός τι ἐγκαλῶν Ὀλυμπιοδώρῳ τούτων τι ἐποίουν, ἢ τοῖς ἐπιτηδείοις τοῖς ἐμοῖς καὶ Ὀλυμπιοδώρου μὴ ἐθέλων ἐπιτρέπειν, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν δικαίων ἀφιστάμενος, εὖ ἴστε ὅτι πάνυ ἂν ᾐσχυνόμην καὶ ἐνόμιζον ἂν ἐμαυτὸν φαῦλον εἶναι ἄνθρωπον· νῦν δ' οὔτε μικρὰ ἐλαττούμενος ὑπὸ Ὀλυμπιοδώρου, οὔτε διαλλακτὴν οὐδένα φεύγων, οὔτε μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον ἑκὼν ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα ἄκων ἠνάγκασμαι ὑπὸ τούτου ἀγωνίζεσθαι ταύτην τὴν δίκην.*

---

[1] *δυναμένους* facundos, oratores non significare usus docet; excidit *λέγειν* vel *εἰπεῖν*.

accusator paulo post se invitum accusare vel testibus confirmat §. 3 *πρῶτον μὲν οὖν μαρτυρίας ἀναγνώσεται ὅτι οὐκ ἐγὼ αἴτιός εἰμι τοῦ εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι, ἀλλ' οὗτος αὐτός.* Demosth. p. 1246 Apollodorus §. 1—3 quod Nicostratum quo familiariter utebatur accuset, gravibus sane argumentis probat. adv. Onetorem p. 864. adv. Boeotum exordium p. 1008 quod sic incipit: *πάντων ἐστὶν ἀνιαρότατον ὦ ἄ. δ. ὅταν τις ὀνόματι μὲν ἀδελφὸς προσαγορευθῇ τινῶν, τῷ δ' ἔργῳ ἐχθροὺς ἔχῃ τούτους καὶ ἀναγκάζηται πολλὰ καὶ δεινὰ παθὼν ὑπ' αὐτῶν εἰσιέναι εἰς δικαστήριον ὃ νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν.* adv. Spudiam p. 1028.

v. 23. *τὸ μὲν οἷς ἂν νομίζῃς τοὺς κριτὰς ἐπιπλήξειν, προκαταλάμβανε αὐτοὺς καὶ ἐπίπληττε*] ni fallor hoc dicit, quibuscunque iudices minus tibi benevolos attonitos reddes, haec afferas eorumque animos sic occupatos benevolos tibi facias; sunt autem ea fere quae supra cap. 29 in deliberativo genere attulit. Lysimachus Isocratem orationibus iuventutem corrumpere dixit, reus vero quo et adversarium confutet et iudicum sibi conciliet benevolentiam, maius professus est §. 51 *ἀξιῶ γὰρ οὐ μόνον εἰ βλαβεροῖς χρῶμαι τοῖς λόγοις, μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν παρ' ὑμῖν, ἀλλ' εἰ μὴ τοιούτοις οἵοις οὐδεὶς ἄλλος, τὴν μεγίστην ὑποσχεῖν τιμωρίαν.* atque his *ἐπιπλήττει τοὺς κρίνοντας.*

v. 25. *τὸ δὲ ἕτερον εἰ τὰς πράξεις μάλιστα μὲν εἰς τοὺς ἀντιδίκους ἀποτρέψεις, εἰ δὲ μή, εἰς ἄλλους τινάς, προφάσει χρώμενος, ὅτι οὐχ ἑκὼν ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν ἀναγκαζόμενος εἰς τὸν ἀγῶνα κατέστης*] saepissime hac fallacia oratores utuntur, Demosth. pro Ctesiph. §. 4 *ὅ τι δ' ἂν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἀναγκάζῃ, τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος.* §. 34. in Timocrat. 1. Thucyd. III, 67. alia vide paulo post. Incertus rhetor in Extraits de la Bibl. XIV, 189 *ἐπειδὴ πολλάκις δυσχερὴς ἡμῖν ὁ λόγος γίνεται διὰ τὸ πρὸς οἰκείους*

λέγειν, χρὴ τὴν αἰτίαν τούτων εἰς τοὺς ἀντιδίκους μετάγειν, τὰ πλήθη ἐπιδεικνύντας τῶν ἀδικημάτων ὧν μέλλομεν πάσχειν μὴ ὑποστάντες τὴν δίκην, ἢ ὅτι οἱ νόμοι τοῦτο ποιεῖν συγκεχωρήκασιν· οὕτω γὰρ ἡγοῦντό τινας ἔσεσθαι περὶ τοὺς οἰκείους.

